positorum in euacuatione. Et quando mediante cum istis rebus et bone fiunt eorum habitudines ualde damus eis aliquid ex herba absinthii postquam decoquimus eam cum aqua mellis et confortamus stomachos eorum in omni die et in omni hora cum rebus que ponuntur desuper et rebus que recipiuntur intus corpus et non oportet ut administremus in tempore res constringentes sed post euacuationem humorum malorum. Quod si cum sincopis est multitudo flans frigidi aggregati in stomacho curamus eam cum embrocationibus et oleis cum oleo de absinthio et damus post illud aquam mellis in qua decoquitur ysopus et ad aliud ex eis que sunt illius similia et detur secaniabin et piper quod est quia oportet ut sit cibus eius totus incisiuus ualde. Et si cum sincopis est fortis uehementes nature iuuamentum in ea est ut calefaciamus ipsum in omni dispositione et demus ei in potu uinum permixtum cum aqua calida et tractetur cibis calefacientibus et fricetur super ignem continuatione harum rerum in illis in quibus caliditas multa est cum sincopis quando mansiones eorum sunt in loco quieto aeris stricti aut tardatur in balneo quod est quia ista hora qua debili-

flabellum

tantur oportet ut detur aqua frigida quam bibant et flemus in eos et faciamus eos sedere in locis in quibus flant uenti et iungamus stomachos eorum et demus eis post illud uinum et cibum. ¶ Et si cum sincopis est uehementia flegmonis aut malicia producte febris et intercisis in tempore sui periodi

quando infrigidantur manus eius et ipsius pedes et cum
eis ut calefaciamus eos et fricemus eos virtuo
se et stringimus eos et prohibeamus eos a sompno
et alienamus eos a comestione et potu et sic eos
cadit ut consequatur eos sincopis cum siccitati
in incepcione prodi et infundimus ad panis
in vino et damus eis cum prodium quod est quod si in
das ex eo sextarium parum aut das eo difficultatem di
gestionis et tunc plus et plus est fortis sic eos
sincopis quod si cum sincopis est propter vehementiam
que est in aliquo membrorum principalium da
secaniabin et aquam vel in qua decoctum
est calamentum campestre cum mentastro et prohibe
et cibos subtiliatos valde et fricentur manus
et pedes et constringentur et que provocant urinam
ipsi enim non virtute istis bone fiunt dispositiones
eorum et bibant vinum ponticum album quod non
antiquatur multum et si est cum sincopis e
vacuatio colere subito confer eis qui sunt secundum
hanc dispositionem ut confortemus eos cum odori
feris et abstineamus eos cum solutionibus facilis
digestionis. Quod si cum sincopis est vehementia
tristicie aut ire aut timoris aut hesitatio
nis aut delectationis conforta eos cum odoram
tis et retine anhelitum et coge eos vomere.
Et illis quibus accidit sincopis cum doloris vehe
mentis ex colica aut dolore ventris aut alicuius aliorum
membrorum tunc sincopis quiescit cum calefactione
et fricatione. **Cap. xx. de illis quos debilitat sudor.**

Oportet ut prohibeatur sudor illorum quorum re
solvitur virtus cum rebus facientibus stipti
citatem et rebus exsiccantibus ex quibus sunt lutum
quod asportatur de samos et midasengi et gal
le et amilum et thus et alumen et folia mirti que
terantur et pulverizentur et oleum de floribus mirtinum
aut oleum rosatum aut oleum de citoniis aut oleum
de arbore masticis quando fricatur corpus
et confert eis farina thuris que teritur et
pulverizatur sic eorum et quando iste tinctatur id
provenit in mensuratione sternum ubi provenit.
Completus est tractatus sextus breviarii filii serapionis. Incipit tractatus vii.

Primum de rebus quas oportet premittere et quas oportet pre
cognoscere illum qui est voluntarius sic componere
medicinarum compositarum per viam rectitudinis.
Secundum est quod sit necessitas medicinarum
compositarum. Tertium est in quo rememoratio in
tentionum complexionum in proiectione medicinarum.

Quartum in quo dicitur via in qua oportet in
cedere in quantitatibus eius quod prohibetur ex medicinis
simplicibus in compositis medicinam. Quintum
in quo narratur iuvamentum medicinarum omnium que
in membris lesis. Sextum de egritudinibus
compositis secundum viam exempli. Septimum
de medicis compositis cum acceptis ex in
tentionibus compositis. Octavum de arte
tyriacarum confectionum. Nonum de yeris.
Decimum in quo dicitur qualiter solvunt
medicine solutive. Undecimum de ca
none in compositione medicinarum solventium.
Duodecimum de medicinis solventibus coleram
et quantitatem ponderis cuiusque earum cum rememora
tione rerum quas oportet miscere cum unaquaque
earum que expellunt nocumentum eius.
Tertiumdecimum de medicinis solventibus co. ni.
Quartumdecimum de medicinis solventibus a grossitudine fla.
Quintumdecimum de medicinis solventibus aquositatem.
Sextumdecimum de ellis et confectionibus solutivis.
Septimumdecimum de pillulis variarum generum
diversorum. Octavumdecimum de trociscis iuva
tivis egritudinibus diversis. Nonumdecimum de suffuf.
Vicesimum de elis. Vicesimum i. de locar.
Vicesimum ii. de decoctionibus. Vicesimum iii. de sir.
Vicesimum iiii. de gargarismis. Vicesimum v. de oleis.
Vicesimum vi. de clisteribus. Vicesimum vii. de catapla
smatibus. Vicesimum viii. de emplastris.
Vicesimum nonum de linimentis et unguentis
Tricesimum de pulveribus qui pulverizantur sic rubea.
Tricesimum primum de caputpurgiis.
Tricesimum ii. de dentifriciis. Tricesimum
tertium de medicinis confectentibus dolores oculorum.
Tricesimum iiii. de quantitate spacii quo
moratur unaqueque medicinarum compositarum
servans virtutem suam secundum sententiam alhade
siburos. Tricesimum v. de conditis. Tri
cesimum vi. de medicinis nominibus. Tricesimum
septimum de mensuris et ponderibus.

Capitulum primum.

Necesse est illi qui vult
componere medicinas
scire quod oportet ut sit sciens
virtutem cuiusque earum
et non sit contentus
in illo sic cognitione
virtutum earum que sunt
in loco generum sicut
in quo est rememoratio rerum quarum cognitione
indiget qui diligit compositionem medicinarum et quod oportet
et precognitionem simplicium earum cum ordina
tione earum et ipsius compositionem tractatus vii breviarii
arii Iohannis filii serapionis et est antidota
rium et habet xxxvii capitula.

faciunt quidam ex editoribus librorum ipsi
tamen narrant in libris suis quod hec medicina
calefacit et hec medicina infrigidat et hec desiccat
et hec humectat. Immo cognoscunt uirtutes e
arum sed distinctionem et determinationem et sciat
in quo gradu sit opus cuiusque earum ex magis
earum uirtutum et operationum. Illud est quia ex
medicinis sunt que faciunt unam et unam
earum operationum quas diximus operatione
occulta ualde. Et ex eis sunt que faciunt
illam operationem forte manifestam. Et ex eis etiam que faci
unt operationem illam forte. Et ex eis etiam que fa
ciunt illam completam integram. Et cum medicine
diuersificentur secundum gradus suos uidetur ut sci
at ex esse earum quod hec medicina calefacit aut
infrigidat. Immo oportet ut sciat quantum est de proprie
tate medicine ut calefaciat aut infrigi
det. Cuius exemplum est quod gummi omnis calefacit
et hec est res omnibus eis. Verumtamen inter ea
in calefactione est diuersitas que non est minor
et similiter etiam multa ex lactibus. Et lacar
bons que calefaciunt et inter ea in calefactione
est diuersitas multa ex via additionis et dimi
nutionis. Item est quod quod tu comparas et opponas
cum asa et cum serapina est tunc hec uicta et que
necessitas nobis est dicere illud quod nobis facit scida
et nos prohibet dicere diuersitatem inter res quarum
uirtus est uirtus una et res quas comedunt ho
mines et quas bibunt in omni die. Iterum est
quod anetum et cepe et ruta omnia omnia calefaciunt
verumtamen inter ea in calefactione est diuersitas mul
ta ualde cognitione gradus de ordinibus medicinarum est et
uirtute uniuscuiusque earum in mediatione egri
tudinum usque quo sit et constat secundum membrum quod
infrigidatum est ultimo frigore non medi
cetur ipsum cum medicamine quod est in ultimo
caliditatis et quando stat secundum membrum et non con
sequitur ex frigore nisi quod quantitas parua
medicetur ipsum cum mediatione quod calefaciat
calefactione quod calefaciat et quando stat secundum membrum
quod infrigidatum est multum ualde medi
cetur ipsum cum mediatione multe calidita
tis. Cum ergo res sit in hoc secundum quod narrauimus
iam minuimus in narratione uniuscuiusque
reliquarum rerum que calefaciunt aut fa
ciunt unum reliquorum horum capitulorum
quatuor gradus discreuimus ergo et separa
uimus per illud inter res que calefaciunt calefactione

pauca et inter res que calefaciunt calefactione ma
nifesta et res que faciunt illud actione comple
ta et res que faciunt illud operatione forti multe
uirtutis ualde donec ipse cum illo adiuret
et diuisimus hanc distinctionem eandem in reliquis
qualitatibus aliis. Scilicet unicuique uni gradui
tres mansiones. Illa enim est ex medicinis que
est quasi in principio gradus et ex eis que est
que in fine eius et ex eis que est quasi inter illa quod est
quod medicine que uincunt calliditate sua sicut medicine
que ex eis nominantur putrefactiue et sunt
ille que putrefaciunt illud cui obuiant ex corpore
Quarumdam earum ostenditur uirtus hora
qua occurrit corpori et quedam earum indiget
ut morentur die suo toto aut plus illo
donec ostendatur uirtus earum. Et sic indiget
qui uult comparationem medicinarum sed quod oportet
ut sciat decesse medicinarum calefacientium
illud quod narrauimus. Similiter indiget ut sciat
in medicinis infrigidantibus et in medicinis humi
dantibus et in medicinis exsiccantibus. Item ergo
medicinarum sunt trium generum quedam earum
sunt ex plantis et quedam earum ex mineris et
quedam earum ex animalibus et nos iam satis uir
tutes earum omnis in compositione mediarum simpli
cium per distinctionem et determinationem ex libris
qui sunt editi de uirtutibus medicinarum.
Et sicut uos cognitione indigetis uirtutum
medicinarum simplicium id est exquisite omnia cum
perseuerantione talium ut sit nobis possibile prius non
componatis in omni loco ex rebus quas inueni
tis proprie medicinas que conueniunt corporibus
que indigent a nobis medicationibus. Similiter
necesse est nobis ut scientes sitis res accidentes
in corpore ex eis que fiunt extra et intra. Et iam sciuistis
quod intentio prima in medicina ad quam intendi
mus in mediatione non extrahitur nisi ex superbis
rerum egressarum a natura. Et ergo significat super
hec substantia membri infirmi et compositio aeris con
tinentis et multa ex prudentibus medicis non
considerauerunt cum suis considerationibus in istis
rebus quas diximus in etate infirmi et hora
presenti ex horis anni et dispositione aeris in hora
presenti et regione et quid sit illud quod infirmus
consueuit et cum eo cum eo ex artibus et quod
pertinet de assuetudine eius. Manifestum est ergo no
bis ut sitis seruantes omnes istas res si uultis
ut attrahatis in omni loco et regione illud

suffic hoi ul

q̄ dō ge calefacit

pauca

calidi

quo indigetis ex simplicibus et compositis. donec
non occultetur nobis medicina. Et oportet ut sciatis quod est hic
quod multotiens est medicina una simpliciter hoc ex creata
est nature. scilicet in sanatione egritudinis. et aliorum ex eis que accidunt
in corpore ex rebus accidentibus a natura. et multotiens
est indigencia ex illo medicinarum compositarum. Et ergo sum enarrans tibi causam quare fit in hoc.

Si possibile esset **Capitulum .ii. de necessitate medicinarum compositarum quod sit.**
ut mediarentur omne quod
accidit in corpore ex speciebus rerum egressarum a natura
cum medicinis simplicibus non indigeremus penitus in
aliqua horarum medicina composita. verumtamen res
non est ita quod est quod multotiens indiges calefactione
corporis tali que perveniat ad aliquam mensuram
Et tamen non potes invenire medicinam que calefa
ciat illa mensura. Et non oportet ut medicina qua medi
catur egritudo sit nisi secundum egritudinem eius. Nam
si in corpore est egritudo frigida qua elongatur
corpus a complexione sua naturali quatuor nu
meris tunc res manifesta est quod necessarium est ut
sit medicina qua medicatur hec egritudo in quan
titate caliditatis addite a complexione naturali
equalis huic quantitati. Et multotiens quando nos non
possumus invenire medicinam simplicem cuius
calefactio est huius quantitatis. Et non invenimus
duas medicinas quarum una sit calidior complexione
temperata quatuor numeris et altera calidior v.
numeris permiscemus ambas et ponimus complexionem
compositam mediam inter utramque est ergo calidi
or complexione temperata quatuor numeris et in medicinis
simplicibus sunt medicine multe de quibus
impossibile est ut administrentur nisi misceantur
cum alia re. sicut illud quod accidit. Sicut nobis
est necesse ut medicemur aliquid membrorum et teratur
et liniatur super ipsum quod sit sicut emplastrum. Cum
ergo volumus non invenimus aliquam ex medicinis
simplicibus que sit conveniens ut administretur sola
in hoc modo neque aspaltum neque cera neque gummi pini
neque pix neque sordicies alcaguarum neque ladanum
et plus longinquum illo ad hoc ut sit conveniens
ad hoc est amarum et cerusa et mardasengi et alia
ab illis ex aliis medicinis fodiendo extractis ex
mineris et similiter ex medicinis que ex genere plan
tarum non est possibile ut facias ex ea simpli
cia sola linimentum quod liniatur sicut emplastrum.
Cum ergo res est secundum hoc tunc iam invenerunt
antiqui compositores emplastrorum in hoc quod ipsi
permiscuerunt olim in quo decoquuntur medicine

que fodiendo extrahuntur in emplastris. et ablatione
eorum. et qua hoc fecerunt illud quod liquescit
ex eis cum oleo et prefectione eorum in eis que per
hiciuntur in illud quo indigent ex medicinis
que sunt ex genere plantarum sicut cribellata
rum. Et hic et sunt egritudines alie ex eis in
quibus necessarium est medicina una simplex sic
creata est natura. verumtamen nos permiscemus cum
illa medicina medicinas quibus quando volumus frangere
violenciam eius. Et quando volumus cum eis
expellere horribilitatem saporis eius. Sicut
dixit ypocras in libro suo qui est de regimine acu
tarum egritudinum. Ubi dixit quod si dolor est in
feriori velamine et hec species ipsum non invenit
motum ex in furcula tunc oportet ut leniatur
venter eius cum ellebore nigro aut cum semine
plante que nominatur felletum. et
portulaca silvestris permiscentur cum ellebore dauce
et siseleos et est kesin campestris et semen a
pii montani aut cimini aut amisi aut alia
ex medicinis subtilibus et cum semine et lac arboris
alamden et in descriptione alia gummi alamide
et in hoc quidem sermone ostendit ypocras quod
necessitas non est nisi medicine solutive. verumtamen
indiget propter abhominationem suam et hor
ribilitatem saporis sui reque faciat eam bo
nam ut sit possibile homini bibere eam
et sit possibile homini ut moretur et re
maneat in stomacho multe enim medicinarum
que bibuntur perveniunt ex abhominatione et
horribilitate sui saporis et vehementia illi
us bibentem ipsas in hora qua bibit eas
accidere faciant et nauseam donec evo
mat eas statim. Et quedam earum quamvis
sit possibile ut morentur in stomacho parum ve
rumtamen post illud excitant vomitum propter illud
quod accidit ab eis ex eructuatione mala. Et
sicut iste medicine quas dixit ypocras permiscet
cum medicinis solutivis ut bonum faciant odorem
earum. Similiter et permiscent cum medicinis
que dicuntur sedative et doloris medicine
alie ut frangant ex virtute earum et expel
lant violenciam earum sicut est illud quando vo
lumus ut in potu detur opium aut iusquiamus
aut cortex radicis mandragore hic ergo est
unus modorum necessitatis medicine com
posite. Et maior modorum necessitatis compositionis
medicinarum est quo indigent in egritudinibus

Felletum

que indigent medicinis in quibus aggregantur virtutes contrarie similiter. sicut egritudines que indigent medicinis que prohibent. Et sunt fluxibus materiei et resolvunt aut medicinis que abstergunt et leniunt aut medicinis que ingrossant humores et subtiliant eos similiter. Et in illis que ex medicinis sunt composite plurimum iuvative et nobiliores earum et sunt in ordine secundum oris quantitatis tamen inveniuntur virtutes contrarias sicut ostendam illud. Et hic quoque est modus alius ex modis necessitatis compositionis medicinarum. Et est quia nos forsitan volumus ut sit nobis medicina resistens et expellens venena multa ex veneris malum habentium venenum. Et medicinas multas ex medicinis inefficientibus. Et iste modus ex modis necessitatis est compositionis medicinarum. Provenerunt homines ad hoc ut facerent tyriacam. Et ante tyriacam fecerunt medicinam quam dicunt metridatum et alias ab istis ex medicinis compositis multas confectiones. Et necessitati compositionis medicinarum sunt alii modi multi quarum quantitas est minor quantitate istorum quos narravimus verumtamen coegerunt nos ad compositionem medicinarum. Et ego faciam vos scire illa capitula omnia in hoc libro postquam narravero vobis intentiones secundum quas fabricantur res in compositione medicinarum. Capitulum iii de intentionibus compositis cum quibus

m Medicine simplices prohibentur ad quas intendit in medicinarum compositione propter ceterum medicinam tamen propter eas divisas simplicium in medicina. Quedam enim earum prohibentur propter egritudinem propter quam componitur illa, carnes viperarum in tyriaca et in descriptione alia autem propter qualitatis nocive mutationem que est in ea sicut prohibentur piper et anisum cum scamonea. Et quedam earum propter medicinas alias que prohibentur in illam medicinam propter medicinas que sunt in medicina composita et alie sunt per quas queritur confortatio illarum medicinarum sicut sunt radices lilii celestis et acorus et agaricus in tyriaca et alie sunt per quas queritur ut adiuvent reliquas medicinas secundum velocitatem penetrationis

media

composita

in corpore sicut ruta in tyriaca. Et alie per quas queritur rectificatio eius quod est in illis medicinis ex qualitate mala et expulsio malitie eius sicut prohibentur cum scamonea piper et anisum. Et alie per quas queritur ut permaneat ille medicine virtus ut non resolvantur velociter sicut opium in confectionibus calidis aut contineant virtutes earum in corpore sicut mirra in tyriaca. Capitulum iiii de canonibus quos posuit

Canones de intentione rei in quantitatibus eius quod eorum primus prohibetur in medicinam compositam est quia oportet ut prohibeatur in medicinam ex simplicibus compositam ex omni medicina cuius virtus est illius vehementis quantitas parva et ex omni medicina cuius virtus est debilis quantitas multa ut consequatur per multitudinem quantitatem suarum illud a quo deficit virtus eius. Canon secundus.

Et quia oportet ut sit illud quod prohibetur in ea ex medicinis iuvamenta sunt multa aut sunt pauca sed sunt velocia quantitas multa. Et ex medicinis cuius non sunt nisi iuvamentum unum aut iuvamenta duo aut sunt ei iuvamenta multa sed non sunt velocia quantitas parva. Et in tertio sermonis mei medicina fortis quidem vehementis virtutis in cuius parva quantitate est qualitas vehementis. Et comparatio eius est fortis aut in calefactione aut in exsiccatione aut in humectatione sicut euforbium et opium et in tertio sermonis mei et multorum illorum plurimum iuvamentorum est de cuius proprietate est ut non conferat egritudinibus multis quamvis virtus eius non sit vehementis sicut agaricum. Canon tertius.

Et quia oportet ut sit quantitas medicine secundum situm membri ad quod intendit cum ea quod est quia medicina si confert membro longinquo a loco tunc oportet ut prohibeatur in eam quantitas multa quoniam virtus eius resolvitur et debilitatur antequam ipsa perveniat ad ipsum propter longitudinem vie super ipsam. Et si non intenditur per medicinam nisi ad membrum propinquum tunc oportet ut sit medicine quantitas parva. Canon quartus.

Et quia si iuvamentum medicine est iuvamentum nobilis quantitatis sublimis prohibetur ex ea quantitas multa. Et si iuvamentum eius non est nobilis quantitatis neque sublime sis contentus ex ea secundum quantitatem parvam. Canon quintus.

Et quia si illud quo non iuvatur ex medicina est inventum in alia ex medicinis que cadunt

in illam medicinam compositam. Sis conuenit
ex ea sit parua quantitate. Et si est ei iuuamentum
proprium inuentum in aliqua medicinarum aliarum
ponatur illud quod ex ea proiicitur quantitas multa.
Et ipse quidem facit necessarium. Canon sextus.
Dum iuuamentum si medicina proiiciatur eius iuua
mentis ad nocumentum autem in corpore aut in compositione neque
oportet ut sufficiat ex ea quantitas parua. Canon
Et ipse quidem facit necessarium esse ad septimum.
dictum quod si cum medicina sunt medicine alie que de
struunt virtutem eius et debilitant eam tunc oportet
ut proiiciatur ex ea quantitas multa. Capitulum v.
Est oportet ut inquiramus qualiter conueniunt medici
ne primum de eis propter quam necessarium conuenit
proiiciatur ex medicina multa in membris lesi
torum iuuamentorum quantitate multa et ex medicina
paucorum iuuamentorum quantitate parua. Et est
nobis necessarium autem inquisitionem de illo ut perueni
amus et sciamus qualiter est iuuamentum earum
medicinarum que sunt ad unamquamque egritudi
num membrorum. Dico ergo quod hoc procul dubio est
autem quoniam substantia illius medicine peruenit ad membrum
in quo est egritudo aut virtutes eius tantum aut
ambe simul. Et illud fit aut quoniam membrum lesum
trahit utramque ad se aut quoniam ambe currunt
ad ipsum ex seipsis. Necesse est nobis ut inquiramus
an substantia medicine perueniat aut virtus eius et
an aliud ab utrisque attrahit ambas aut tra
hantur ad illud. Dico quod substantia possibile est ut
attrahatur et quod virtus vacua a substantia impossibile est
ut attrahatur quod est quia similitudo propter quam attra
hitur res non est nisi per qualitatem quandam com
plexionis quatuor elementorum impossibile est igitur ut illa
qualitas simul separetur a substantia a qua generatur
est absque corruptione eius. Lapis sine magne
tes non attrahit virtutem ferri immo attrahit
ipsum ferrum. Et similiter carabe attrahit corti
ces tritici ipsius non virtutem eius et triticum
attrahit aquam non virtutem aque. Et similiter et
attrahit fel colera et renes aquositatem
et epar chilum et est sucus ciborum non virtutes
eorum quod si non peruenit medicina ad membrum
lesum nisi per attractionem tunc manifestum est
quia non attrahitur nisi substantia eius non ipsius
virtus tantum. Et si non membrum ipsum attrahit
medicinam immo non medicina nisi ex se
ipsa attrahit ad membrum tunc manifestum est
quod non nisi virtus tantum peruenit aut corporibus

que currunt ex substantia eorum subtilibus valde cur
rentibus quod si substantia medicine ipsius ex se ipsa
peruenit ad membrum lesum et facit in ipso
quod possibile est ut faciat et illud fit quia attrahit
ipsam sicut quod est in nobis et recipit vir
tutem eius. Et peruenit cum peruentione eius ad
membrum lesum propter inuentionem equalita
tis anhelitus in corpore sicut recipit aer o
dorem medicinarum et odoramentorum earum
Et peruenit cum ea ad loca longinqua tunc
manifestum est quod sequitur ex hoc quod non peruenit
ad membrum lesum tantum verum ad plura membra
sed ad ea omnia equaliter. Et cum hoc sit ita tunc
non est possibile ei ut faciat in membrum
infirmum operationem debilem et possibile est quia
quando permutatur membrum lesum ex dispositioni
bus egressis a natura ad dispositionem naturalem
permutentur membra et sana que sunt secundum dispositionem
naturalem ad dispositionem egressam a natura
Turpe est igitur ut dicamus quod medicina non
agit in membrum lesum nisi quoniam virtus eius
peruenit ex se ipsa ad ipsam. Remanet
ergo nunc ut dicamus quia per attractionem per
uenit medicina ad membrum. Et fortasse
se aliquis dubitat et dicit quod omnis attrac
tor non attrahit nisi quod simile est sibi
Et quomodo est possibile ut attrahat natura
membri medicinam et ipsa est contraria na
ture eius. Dico ergo quod membrum dum permanet
super dispositionem naturalem non attrahit nisi
quod ei similatur et quod sit sibi proprium secundum cibum
Cum ergo accidit ei dispositio aliqua egressa
a natura est contrarium illi dispositioni per desi
derium quiescendi a lesione taliter ergo
attrahit membrum medicinam quoniam accipit
quamuis sit contrarium eius. Et hoc quidem fit
quoniam non potest medicina attrahere vel agere ex longin
quo sicut medicina solutiua quoniam ipsa sola quoniam
est longinqua possibile est ei ut trahat
humorem cum attractione possibile est ei. Cum
ergo est propinquus annexus ei et dimittit at
tractionem eius et non attrahit nisi ad membrum
lesum sed ipsa attrahit humorem qui ledit
ipsum ex longinquo et reducit ipsum in vias
in quibus vadit cibus donec perueniat ad ip
sam. Cum ergo adheret ei grauat stomachum
tum stomachi et intestinorum quod est quia medicina
solutiua non soluit nisi quod est elongatum

non soluit nisi quando est elongata ab eo cum
quando ergo appropinquat ei et continuatur cum eo
cum quiescit ab attractione et non attrahit
nisi a membro leso attractione. Simo non atra
hitur ab ipso nisi secundum longitudinem hu
moris ledentis ipsum donec ipsa reducit ipsum
ad vias in quibus vadit cibus usque quo pervenit
ad ipsam. Cum ergo continuatur cum ea
et leditur natura sua et intestinorum ex
medicina et humore attracto expellit utrum
que et reicit ipsam scilicet medicinam et humorem
ledentem et evacuat utrumque simul. Et for
tasse aliquis dicit quod si membrum illud est ita.
Quare ergo fit quando substantiam medicine attrahit
membrum lesum quod non mutatur illud
membrum tantum sed multociens mutatur corpus to
tum simul. Dico ergo quod medicina procul du
bio quando dat ex virtute sua spiritum qui est
in nobis ergo pervenit cum ergo eo usque
ad totum corpus et mutatur ipsum. Verumtamen
propria est eius mutatio que mutat reli
quum corporis quantum ad mutationem suam qua
mutat membrum lesum quod est quia substa
ntia eius cum plurimo virtutis non attrahit nisi
proprie membrum lesum. Alia reliqua vero
membra attracta non mutat nisi rem par
vam. Quia ergo ostendimus has res tunc ma
nifestum est quod de medicina que confert membris
multis oportet ut pharmacatur quantitas multa
ut perveniat ex ea ad unumquodque membrorum
lesorum cum quantitate qua indiget. Et medicine
autem cuius iuvamentum est unum aut duo iuva
menta sufficit quantitas parva quando non divide
in membra multa. Ca. vi. de compositione intentionum

De istis ergo nunc intentionibus non secundum semitam
unius compositionibus componuntur intentiones exempli.
tiones alie que sunt vehementioris declina
tionis ad qualitatem suam autem plures earum exem
plum est quod quando medicina est fortis et iuva
menta eius sunt pauca aut membrum in quod
agit est propinquum aut non sunt operationes
sublimes aut non sunt iuvamenta eius propria
tunc oportet ut pharmacatur ex ea parum et quando
cum istis rebus quas diximus est eius iu
vamentum proprium aut est iuvamentum eius
rarum facile tunc oportet ut pharmacatur ex ea
quantitas parva. Et si est fortis et multorum
iuvamentorum aut iuvamentorum sublimium
aut membrum in quo est longinquum tunc oportet ut
pharmacatur in eam quantitas temperata. Et quando
medicina est debilis et est multorum iuvamento
rum aut eorum que sunt sublimia et membrum in
quo agit est propinquum tunc oportet ut pharmacatur
ex ea quantitas media. Et si cum illis rebus sunt
eius iuvamenta propria aut iuvamenta in rebus pau
cis tunc oportet ut pharmacatur ex ea quantitas mul
ta. Quando ergo est medicina debilis et est
iuvamentorum paucorum et non sunt iuvamen
ta eius sublimia scilicet propria aut membrum in quod
agit est longinquum aut iuvamentum eius sunt
in rebus multis tunc oportet ut pharmacatur ex ea
quantitas temperata. Et si est debilis virtutis
et iuvamenta eius sunt multa et est eius res propria
tunc oportet ut pharmacatur ex ea quantitas multa
Et si est vehementis virtutis et membrum in quod
agit est propinquum et iuvamenta eius [illegible] et
sunt in rebus multis tunc oportet ut pharmacatur ex
ea quantitas parva valde. Et tibi necesse est ut com
ponat has intentiones vehementiorum per servi
tutem quod has quando tu combinas eas et dupli
cas ipsas et triplicas eas et quadruplicas per
sas sed illud quod narravimus modo tibi ex istis quas
scripsi est secundum viam exempli. Cap. vii. de signifi

Intentio omnium earum cationibus compilacionibus
trium hec est. Si aggregantur acceptis ex intentionibus
gatur ex omnibus intentionibus compositis
que significant vel exigunt quantitatem mul
tam et minuitur intentio una tunc oportet ut
pharmacatur ex ea quantitas parva. Et quando aggre
gantur omnes que exigunt quantitatem parvam
aut minuitur una tantum tunc oportet ut pharmacatur
ex ea quantitas multa. Cum ergo permiscentur
quoniam iste intentiones que exigunt multitudinem
cum illis que exigunt paucitatem considerimus
tunc si ille que exigunt paucitatem sunt paucio
res illis que exigunt multitudinem pharmaca
mus quantitatem minorem et si sunt equales
in quantitate pharmacamus quantitatem equalem.

Et intentio communis hoc capitulum non est in
omnibus eius est hec ex partibus que descriptione alia.
significant quantitatem multam significant una
tantum quando aggregantur tunc oportet ut pharmacatur ex eis
quantitas parva. Cum ergo permiscentur species que significant
quantitatem multam ex rebus que significant
quantitatem diminutam tunc oportet ut pharmacatur
ex eis parum quod si fuit multum ex rebus que significant

agit

iuua

multitudinem tunc oportet ut ex eis multum (phicatur) Cum
si fuit ex eis multum quod significat multum tunc oportet
ut phicatur ex eis parum. Et si sunt in numero e-
quales tunc oportet ut perfectio sit media complementum
est capitulum hoc ex descriptione alia. Capitulum viii.
de permixtione tyriacarum et aliarum confectionum
Descriptio alia complens nobilis ex descrip-
tionibus tyriace et hec est. Trociscorum
squille aurei xlviii. ita perfecit andromacus
et omnes alii medici post ipsum. Viri autem ardum-
tius medicus tamen qui fuit in tempore Galieni minuit
ex hac quantitate aurei ii. tamen et trociscorum vipe-
rarum aurei xxiiii. et trociscorum andarunorum
et piperis nigri et opii omnium simile illius. Et cin-
namomo autem omnes antiqui perfecerunt aureos
xii. nisi magnus qui fuit rex medicorum in tempore
Galieni. ipse enim duplicavit hoc pondus predictum.
croci aurei xii. et seminis napi silvestris et scor-
dion quod est allium silvestre et radicis lilii silvestris
celestis et agarici et succi liquiritie. et olei balsa-
mi omnium equale huius ponderis et mirre et cinamomi
et zinziberis. et nardi et pentafilon et descriptione alia
albenraffilon et est quinquefolium et calamenti
montani et prassii et petrosilini et seminis
apii (medium) et sticados et costi et piperis al-
bi et macropiperis et aldharacomo et est pulle-
gium cervinum et thus et floris squinanti et gum-
mi albotin et cassie lignee nigre et est algigi-
aci et nasturtii albi et spice aromatice et
polii omnium ana aurei vi. et storacis liquide et est
melaludine et seminis apii et siseleos et seminis
azarum et ameos et camedreos et camepithe-
os et succi ypoquistidos et est barba hyrci
et spice romane et folii et meu et genciane
et seminis feniculi et terre sigillate et calcadis ustis
sed medietatem sine adustione et amomi et
acori et carpobalsami et ypicon et rubee et
descriptione alia et fu. et gummi et cordumeni et
est carui agreste et anisi et acacie omnium ana
aurei i. bdellii aurei iiii. et dauci et est semen bau-
cie silvestris et bezaard et est galbanum et aspalti
et opopanaci et centauree minoris et aristo-
logie omnium ana aurei ii. et aristologia non an-
tiqui perfecerunt longam. sed nobis videtur ut ex
ea phicatur rotundam de castoreo autem phi-
ciunt quidam aureos ii. et quidam aureos iii. et qui-
dam aureos iiii. de sarapino vero phicit andro-
macus aureos iiii. et hesitritis et demetius et
magnus perfecerunt ex eo aureos ii. et mellis mun-
di quod colligunt apes ex alhasse despumati
ti lib. x. et vini antiqui odoriferi acuti sufficien-
ter et secundum lib. iii. iste ergo sunt medicine ex quibus fit
tyriaca liquefiant que ex eis liquefiunt in vi-
no infundantur et contritis siccis et cribellentur et com-
misceantur cum melle et ponatur in vase de stag-
no aut de argento et non impleatur vas immo
sit in eo superfluitas ut expiret medicina et os non de-
tegatur assidue ut exspiret ei sit plus et ple-
sit vti ea velocius quoniam hec medicina indiget tempore
longo donec maturetur Et summa medicinarum
preter mel et vinum est lxiiii. De hora conveniendi
Invenenescit quidem hec medicina di tyriacam.
post xii. annos quidam autem noluerunt conve-
nire ipsam dum est propinqui temporis fortis
conveniunt ergo eam in anno viii. et plurimi
illorum quorum propositum fuit delere hominum venena et
potum medicinarum fortium inefficacium ma-
lica cum acceptis ex istis indiget fortibus medicinis
Iam ergo fecimus nos scire horam conveniendi eam
apud nos morsu serpentum et impetum et
morsu canis rabiosi et reliquorum animalium ha-
bentium venenum et apud potum venenosum conve-
nit hanc medicinam quando est propinqui tem-
poris in vitibus et reptilibus quando enim quando non
indigent hac virtute tota. Et hec quidem
medicina est recens usque ad tres annos et antiqua
ad complementum triginta annorum post hoc autem nec
nihil penitus agit aut debilem efficit operationem.
Sibi non possibile est probatio tyriace.
ut plures tyriacam alteram et que est propinqui tem-
poris ab antiqua et separes medicinam antiquam
ex ea et que est propinqui temporis et ut tu illam in qua
non est fallacia ex alio et probatio eius est
tribus modis. Modus primus
Ut intendat ad hominem qui in potu sum-
psit medicinam solutivam aut medicinam
vomitivam. scilicet elkin al. aut scamoneam aut
aliam ab utrisque medicinis fortibus et detur ei
in potu ex tyriaca quantitatis lupini et est quan-
titas medietatis aurei i. Si ergo destruitur
per ipsam actio medicine solutive in operati-
one sua tunc scias quod tyriaca est bona et
si solvit tunc scias quod est debilis non agit.
Ille in quo probatur Modus secundus.
leam galienus et est ut accipias gallum
silvestrem qui non est nutritus in domibus et

q̄ infundūt

fiunt corporis et incitant serpentum quedam alia huiusmodi venena et mordent ipsum et dant ei in potu ex illa tyriaca et antequam incitentur super ipsum aut hora qua mordetur. Si ergo evadit et vivit tunc scias quod illa tyriaca est bona et si moritur tunc scias quod illa tyriaca est mala aut non est optima. Modus tertius.

Est ille quo probant tyriacam quidam medicorum ex illis quorum tempus est propinquum. Et est quod accipiunt medicinam interficientem aut opium aut aliam et dant in potu ex ea gallo aut cani aut alii ex istis duobus ex animalibus deinde dant ei in potu postea ex tyriaca cognoscitur ergo per illud bonitas eius ab ipsius malicia. Iam ergo perfecimus sermonem expositionis probationis tyriace ergo loquamur nunc de iuvamentis eius et quantitate qua oportet in potu sumere ex ea de unaquaque egritudinum ex ipsis.

De iuvamentis tyriace ex rebus et quibus datur tyriaca

ex iii ex rebus et quibus datur tyriaca.

Primum est una ... Primum iuvamentum tyriace et nobilius eorum est iuvamentum quod facit ad morsus et punctiones et percussionem huiusmodi venenum et oportet ut sit quantitas eius que datur in potu illis ex ea sicut quantitas avellane scilicet iiii ℈ et s. viii. Et significo per medicinas fortes opium et iusquiamum et alberagi et aconitum et cantarides et reliqua que sunt eis similia. Et significo per huiusmodi venena viperas et serpentes in quorum capitibus est quod est simile ii. cornibus et facientes sitim et sunt illi in quibus sunt vestigia nigra et scorpiones et dracones et serpentes qui sunt dicuntur serpentes aquosi et sicci et querceti scilicet qui habitant in radicibus quercus et eis est odor fetidus et facientes fluere sanguinem scilicet facientes descendere sanguinem et rutela et genus aranee. In quo dixit Abiuniarbea post quod ei integra est aurei i. et media medietas aurei et minor est ei pondus carati et in eo quod est inter illud et non nominat quercetum nisi propter illud quod diximus. Et rectificat hec medicina illud quod accidit in corpore ex corruptione veneni huiusmodi venena et datur in potu ex ea illis qui habent illud ad pondus aurei i. antiqua et recenti in descriptione alia. Et datur in febribus ad rectificandam corruptionem accidentem similem qualitati veneni interficientis. Et recentissima recenti et antiquior et ei qui habet dolorem in pectore suo et sinus costis et datur ex ea istis quantum est lupini et ad dolorem pectoris et costarum quantitas lupini. Alii vero ex illis habent febrem bibat ipsam cum sirupo de malis et in descriptione alia cum iulep et qui non habet febrem bibat eam cum melle et sumat in potu ex ea qui habet inflationem in stomacho suo aut punctionem in intestinis suis aut dolorem colicum quantitatem lupini in mane cum aqua ei qui habet febrem ex eis et ei qui non habet febrem cum aqua mellis. Et cuius appetitus est fortis valde aut cuius appetitus est debilis oportet ut detur in potu ex ea illis aut cum aqua aut cum vino et non sit aque quantitas plus iiii ℈ et media vel minus tribus ℈ et expellit tremorem qui fit cum infirmitatibus et frigore et vomitum que accidunt in principio febris in receptione quando sumitur in potu hec quod narravimus et ipsa cum hoc provocat menstrua et extrahit fetus mortuos ex matricibus quando bibitur ex ea quantitas lupini cum secaniabin aut cum aqua mellis in qua decocta sint pulegium cuminum et ruta. Et confert et quando bibitur cum decoctione asari hydropicis. Et confert et ydropisi. Vincit quidem medicorum dat ex ea habentibus ydropisim ad non dissolvat ipsam post comestionem cibi et quidam eorum dat eam solum tamen in potu cum quantitate ℈ i. et s. ex aceto permixto. Et si bibit eam qui habet [illegible] nocivam cum gelemabin de melle aut cum coagulato vue sanat eum. Similiter si teneat eam in ore suo cum eo quod fit duplum ei ex dragaganto. Et confert et sputo sanguinis quando est ex pulmone aut ex pectore. Vincit quando est egritudo propinqui temporis tunc oportet ut bibat eam huiusmodi cum aceto permixto et sit quantitas potionis ex ea lupini aut aurei. Et si egritudo est antiqua oportet ut bibat eam cum iiii ℈ et s. aque in qua decocta sit sebesten et oportet ut detur in potu illis in mane aut in vesperis. Et confert et ad dolorem renum quando bibitur cum gelemabin de zuccaro. Et ad ulcera intestinorum et fluxum sanguinis ex vena quando bibitur cum aqua decoctionis sumac. Et ad lapidem generatum in vesica et renibus quando bibitur cum decoctione absinthii aut apii montani. Et ad constrictionem anhelitus quando bibitur et secaniabin facto cum aceto squillitico tribus quartis ℈ i. Et apparatum dum melancolica et apostema epatis et splenis antiqua quando bi-

bitur cum secannabin sicco cum melle favi. Et
confert ad epilempsiam quando ministratur eam in
gargarismo. deinde post illud datur in potu ex ea
quantitas ʒ. ii. cum aqua ani secannabin squilli
tici quantitate ʒ. viii. Et confert etiam ad sacietatem
nauseativam et cassatum .i. tremor cordis et co-
nitum. ista ergo sunt iuvamenta tyriace nobi
lia et propria. Et in ea etiam sunt iuvamenta que iustifican
tur consecuntur ea que diximus nos quod est quia si confert epi
lempticis tunc iam certificatur quia confert sode antique
et emigranee et vertigini et si dissolvit apostemata
que sunt in epate et splene tunc iam certum est quia etiam
aperit opilationem que est in eis et si provocat
urinam tunc iam certum est quia etiam sanat ex dif
ficultate urine et si valet ad sacietatem
nauseativam tunc iam certum est quia retinet re
solutionem nature. ista ergo sunt iuvamenta
tyriace in sanatione egritudinum. Et ex eis que
facit tyriaca et sunt operationes quas non effi
cit sua proprietate et sunt ex operationibus que sequntur
eius primas ex nocivitate sicut quia facit exire
ascarides. Et quia sanat illum secundum cuius stomachum fit
difficilis digestio cibi ipsa enim confortat stomachum et
epar et quia prohibet et retinet sudorem ex debilitate
eius virtute et quia aperit orificia emorroidarum
et provocat menstrua et sanguinem qui egreditur
ex inferiori parte quando retinetur retentione provocat
ipsum et retinet ipsum et prohibet eum quando super
fluit et debilitat hominem ipsum et res alie
multe similes istis. Et est ei iuvamentum
magnum in conservatione sanitatis quod est quia quando
bibitur cum ~~~~~~~~ abscidit quod incipit ex
egritudinibus sicut mordicatio reptilium
venenosorum. Et potus venenum medicine
tis et corruptio aeris et aque et prohibet egri
tudines antiquas ab hoc ut generentur ex eis
egritudines in corporibus. Iam ergo dedimus
complementum sermonis in operatione tyriace et iuva
mentis eius. Et oportet ut loquamur nunc de me

Cum nos recte dicimus compositis que caduntur in tyriacam (? Dicimus compositionis que cadunt)
Cdunnis a reliquis in ea sicut facta trocisco (in ea sic facta trocisco)
speciebus serpentium eligimus ex viii. de viperis
eis genus nominatum vipa et eligimus ex istis
feminas sine masculis. Et differentia quidem inter eas et
masculos est quia masculi habent duos dentes tantum et
femine plures duobus dentibus et color earum est
declinis ad flavitatem vel subalbedinem et mo
tus earum est velox et inde dicunt capita sua usus

altum et oculi earum sunt declines ad rube
dinem et est cum eis audacia et aspectus earum
est siluestris et capita earum sunt lata et ven
tres earum sunt collecti et aggregati solidi et re
liqua corpora earum secundum hanc formam sunt et gene
ratio earum est aput postremum caudarum
earum et cursus earum est velox agilis absque
quiete. Et oportet ut sit hora in qua capiuntur
et in medio veris aut in principio eius et locus
ex quo capiuntur oportet ut sit locus in quo non
appropinquant littori maris. Slam de eis que
ex illis capiuntur ex littore maris dicitur quod acci
dit ei qui utitur eis sitis vehemens que forsitan
interficit hominem eam. Cum ergo capiuntur
non dimittuntur. In primo abscidantur capita
earum et partum caude simul statim absque tarditate
Si ergo tunc dimittuntur et non currit ex eis
sanguis post abscisionem capitum et partium
et caudarum earum non conveniunt ad artem tyri
ace quod est quia sunt debiles et infirme et si rema
net motus in eis post abscisionem capitum ip
sarum et caudarum earum et currit ex eis sanguis
hora longa tunc sunt convenientes ad facien
dum tyriacam quod est quia hoc significat quod ipse sunt
fortes sane et mensura que absciditur a duobus
lateribus ex una quaque est quatuor digitorum et
excorietur tota cutis earum et extrahatur
pinguedo earum que est in intestinis earum
et reliquo ventre deinde proiciantur in ollam
figuli novam aut ollam eris stagnatam et fun
dantur super eas aqua fontis et sal recens et ramu
aneti. Et quidam modernorum super eas fundunt
oleum et ponuntur sub olla carbones quercus et
dimittantur super ignem donec decoquantur car
nes earum sicut oportet. Et mensura decoctionis
earum est ut separetur caro ex ossibus. Cum
ergo elevatur olla ab igne separentur car
nes ex ossibus et sit tecum manu tua scutella
vitream in qua sit de vino earum res modi
ca ut proiciatur in eam de carne que separatur
ab ossibus una pars post aliam. Cum ergo
completur separatio carnis ab ossibus tunc
exprime eam et tere eam in mortario quod
sit de lapide molari in alio de lapidibus
coctorum et tere eam et rora super ipsam ex vino
vipentium paulatim donec teratur contritio
one bona completa et pinsce cum ea bona
pane. Et andromacus quidem et est ille qui

a vino. postea pondera eam.

ingeniavit ut intromitterent carnes viparum
in tyriacam. non nominavit mensuram vero
ponderis carnis viperarum .iiii. Magni autem
et dometrie et gal. precepit de vna quoque parte
eam equalitate. Quidam autem modernorum eligit
ut sit illud quod proiciatur ex pane sit quarta partis
aut quinta sicut ergo ita et est operatio bona. Et
oportet ut panis sit de simila minuta vel munda
et proiciuntur in confectionem eius fermentum et
sal cum equalitate et coquatur in furno cum studio
addito et exsiccetur in domo arida in qua non
sit roris donec exsiccetur et sit possibile te
rere ipsum in mortario et oportet ut fundas panem
antequam primo secas ipsum cum carne viperarum
in parte cum vite viperarum deinde commisce
cum carne et confice illud et fac ex eo trociscos
subtiles et subunge digitos tuos in oleo balsa
mi deinde ponantur in vase vitreo et exsiccen
tur in domo calida et involve vel converte eos
omni die et absterge subtile quod invenitur
super eos et unge eos cum oleo balsami. Et sic
fac donec exsiccentur exsiccatione completa
et conserva eos in vase vitri in domo calida
hoc ergo est melius quod fit ex trociscis de yeris.
tyris. Opus trociscorum de squilla. cccccc

Et nunc loquamur secundum factum trociscorum
de squilla oportet ut eligamus ex cepa squille
illam que est grauis ·········. plena me
dia in magnitudine sua et non involuas
eam luto sicut faciunt quidam ut non
remaneat in ea sordicies sed involve
eam filtro et assa eam in furno sicut oportet
aut in sartagine in qua coquitur pa
nis aut in maiori qui sit iam calefactus
et caue cinerem eius. Et quando decocta est
accipe medius cepe leue post decoctionem
et tere eam contritione ultima cum summa
cautela et commisce cum ea farina rec
entem. ex farina hordei. Et andromacus
quidem quod proiciebat ex cepa partem unam
et ex farina partes duas magnus autem
quantum debat illud proiciebat .ii. ex cepis sq
uille. duas partes et ex farina partem u
nam Et demonstravit permiscebat ambas cum
equalitate et tere oportet ut comparetis quantita
tem mensurarum tuarum secundum quantitatem vir
tutis cepe sicut facit in quantitate carnium
viperarum quod est quia secundum quantitatem viperarum ve

hementie virtutis earum et operationis ipsarum oportet
ut comparetis. Cum ergo confecistis squillam cum
farina hordei cum superfluo studio fac ex
eis trociscos subtiles et subunge digitos
tuos in oleo ro. et exsicca eos et conserva
eos sicut fecisti de trociscis viperarum. Iam ergo
oportet ut facias trociscos de squilla. De cepe

Trocisci andaraci trociscorum de andaraci.
Andaron sunt divisi. Quod est quia de scriptura carron
ones artis eorum sunt divise in quantitate me
dicinarum et etiam in quantitate ponderum. Verum
nos signamus hic compositionem descriptionem
et que est ex eis melioris equalitatis secundum quod
sensimus eam ex sanitate ponderum eius et est
hec. Recipe corticis radicis tarssel sahan aur. vi.
et calami aromatici et costi et xylobalsami
et asari et mei et amomi et masticis et aco
ri. Spica alba et fu. sed hec pondere .iiii. a. et rubee
omnium ana aur. vi. et floris squinanti aur. xx.
et aristol. et in descriptione alia rotunde et cassie
lignee et cinamomi sed hec tempore et spice inde et
est spica alba aur. xii. et folii cinamomi et
mirre clare aur. xxiiii. et croci aur. xii. te
ratur una quaque harum medicinarum et cribel
letur per se deinde ponderentur istis ponderibus de
inde misceantur in mortario et conficiantur
cum vino antiquo odorifero dulci et fac
ex eis trociscos de viperis et trociscos de
squilla ista ergo sunt composita que pro
iciuntur in tyriacam et summa medicinarum
est .xviii. Quod mirabilis de tyriaca et iuua

Tenimentum eius in egritudinibus per
fortasse contradicat dicens pro quod est cccccc
nobis qui dubitat in quibus dicam illorum et di
cit propterea quod confert tyriaca in unaquaque egritu
dinum quibus confert an ex medicinis ex
quibus componitur sicut ex agarico in mordicatio
ne reptilium et costo in epate et splene aut per
commixtionem omnium earum quod si dicis quod constat
per medicinas ex quibus componitur tunc quis
conuenit nobiscum et quantitas parva valde
que cadit in unaquaque compositione ex medicinis sim
plicibus constat et in potione ex ea una ex una
quaque medicinarum simplicium est quantitatis par
ua. Et si proiceretur ex eis centuplum
ipsi non esset possibile ut conferret per quanti
tatem necessitatis. Et ex eo quod est negandum
et est ut cor sint divisa per partes parvas

et agregent̃ p humiditatẽ vini et mellis et
non pacatur una q̃z earu͂ cu͂ re sua et agat
i eam. Cum ergo alterantur om̃s et mutan
tur fit eis complo͂ cõmunis que nõ est unicuiz
medicinarum simplicium. Quod si dicas q̃ iuuamentu͂
tyriace est p cõmixtionẽ haru͂ tñ cũ iam
sequitur sermonẽ nr̃m cũ negande. Et
destruit hẽ sermonẽ illud q̃ respondisti ex
eo in proectõe uniuscuiz medicinarum. Opponit
ergo hinc dubitationi et dicam q̃ tyriaca hẽ
has operationes p cõplonẽ cõmunẽ reliquis
ex quibus cõponitur et hinc cõplonẽ. Sol est
virtus reliquarum operationum cuiusz medicinarum
de qua diximus quod possibile est ut efficiat
eam vna q̃z medicinarum simplicium. Et firmã
i opones simplices in cõpitã. Et fortasse ad
iungitur eis operatio cõmunis q̃ et est illa
q̃ generatur ex cõmixtione om̃ earu͂. Et
significationes s̃ illud sunt manifeste q̃ est
q̃ unaq̃z medicinarum simplicium que ẽ con
posita ex quatuor naturis alteratur et cũ
miscetur et acquirit cõplonẽ cõmunem
nõ operationes cuiuz naturarum ex quibus con
ponitur s̃ remanentes in cõplone eius
cõmuni ex qua componit̃ sic ro. Quod est q̃
acquirit siccitatẽ et stipticitatẽ ex sua terra et
caliditatẽ et subtilitatẽ ex aere. Ista ergo
acquirit ex naturis ex quibus conponitur et
acquirit ex cõmixtione earum cõmuni cõfor
tationem stomaci. Quod est q̃ h nõ est i aliq̃ medici.
simplicium et sim̃. et tyriaca ipsa cum acqui
rit ex unaq̃z virtutum omnes simplicium ex q̃
bus diuersa cõponi. Et cõmixtione aũ earum
est iste opones cõfortant̃ et duplicant̃ sic
cõfortatur stipticitas in callidis et ẽ coleo
car ex cõmixtione eius addit̃ ad stipticita
tẽ tre. Et gñatur ex complone tre. Et ge
neratur ex complone tyriace opo proprio
sicut stipticitas reliquorum q̃ egressa sunt
ab equalitate et reducto ei ad equalitatẽ
et a violencia q̃ ẽ in unaq̃z medicinarum
stringitur p agregationem earum ad inuicem
sicut caro uiperarum et opium q̃ est q̃ ista duo
qñ cõmiscentur cũ tyriaca temperant̃ et per
miscentur ista q̃ caro uiperarum nõ ẽ caro
nz opium h est tyriaca q̃ similat̃ carni in
perantium et acquirit operationem ei et q̃
similat̃ opio et acquirit operationem ei sicut
ignis in homine nõ est ignis nz aq̃ h q̃
similatur istis duobus .s. colere et flammati.

Modus tyriace dyatessaron cõfertis ad
opii seminis iusquiami omnium ana ℥. vi. terantur et cribellentur et conficiantur cum melle despumato et detur potio ex ea sicut avellana. Et quidam inungunt ex ea sicut pedes infirmorum et dissolvunt eam cum aceto et sudant pedes eorum statim et quiescit dolor. Summa est medicinarum. xxxvii. Confectio hermetis que confert ad dolorem iuncturarum et podagram ex frigiditate et sciaticam et splenem et ydropisim et vesicam et vertiginem et epilempsiam et precipue dolorem iuncturarum accidentem ex viscositate ab prurytio. Recipe agarici acori condumenti seminis ruthe euforbii et cetera. Et in descriptione alia loco fu. dauci et ysopi sicce omnium ana ℥. i. ameos gariofili omnium ana ℥. ii. genciane ℥. vi. hasse seminis apii omnium ana ℥. ii. centauree minoris ℥. viii. cassie lignee costi aristologie lon. omnium ana ℥. iii. mirre calamenti montani et petrosilini omnium ana ℥. ii. opii et piperis polii omnium ana ℥. iii. camepitheos et camedreos et scordeon et est allium agreste omnium ana ℥. viii. mellis quantum necesse est potio ℥. ii. aut aureus. i. Inveni unam que catum sanat a podagra integre et hora qua accipiunt ex ea sudant pedes eorum. Summa est. xxvi.

Quod est quod multi Ca. ix. de veris compositione medicorum nominant eam earum opera medicine hoc nomine. Et alii nominant amare que fit ex aloe. eam picrum et cuius interpretatio est amara secundum descriptionem galieni. Nomen yere est absolutum medicine facte cum coloquintida et est yera rufi. et vivificant illud medici qui ante medicabantur rome et nominant medicinam yeram. Et distinxerunt inter eas per hoc quod est facta cum aloe et alteram factam cum coloquintida et scripserunt yeram coloquintidos et yeram aloes.

Et premiscetur Descriptio vere aloes.

Et hec yera secundum tres modos quidam enim componunt eam secundum quod composuit eam andromacus. componentes secundum omnes centum aureos ex aloe. vi. aureos ex unaquaque medicinarum aliarum que proibiciuntur in eam. Et medicine quidem reliqui sunt que vi. s. cinamomum xylobalsamum asarum et spica et crocus et mastix et in libro de conservatione sanitatis. Gal. loco xylob. carpob. et croci et mastix hoc est ergo vera picra. quam fecerunt omnes homines rome et andromacus quidem addidit istis sex medicinis aliam septimam et est semen squinanti et proiciebat aloem postquam abluebat ipsum. Et reliqui quidem fuerunt qui proiciebant ipsum ablutum et quidam qui non abluebant. Et oportet ut sciamus nos quod aloes qui non abluitur est convenientior in solutione ventris quod est plus solutivum et minus stomachi confortativum et ablutum est e contrario illius quod est quod est minoris acuitatis et calefactionis illo propter illud est minoris mundificationis et plus confortativus. Et confortat stomachum precipue aloes hec medicina enim confortat semper in dando eam ei qui habet febrem Et non oportet ut quando est febris acuta ut detur immo quando est debilis valde quod est quod aloes quamvis abstersivus sit tamen est contrarius ei qui habet malitiam complexionis calide et sicce absque humiditatibus malis. Et ego permisceo cum hac medicina duas medicinas alias et multiplicavi in una earum quantitatem medicinarum calefacientium et in alia minuo ex eis multitudo autem quantitatis earum est quam minuimus ex quantitate aloes donec nos proiciamus sicut octoginta aureos aloes ex unaquaque medicinarum aliarum. vi. aureos. aloes et minuimus ex quantitate earum quam multiplicamus quantitatem aloes et addimus super eam. xl. aureos donec proiciamus super centum. xx. aureos ex aloe vi. aureos ex unaquaque medicinarum aliarum. Et illa quam permiscent componentium aureos aloes est equata inter illam in qua cadunt octoginta et inter illam in qua cadunt centum et viginti Et oportet ut sciamus quod illa in qua cadunt centum et viginti ex aloe aurei vehementius solvit ventrem quam illa in cuius permixtione cadunt octoginta aurei. Et illa in cuius permixtione cadunt centum aurei est media inter utramque et fortasse minuit aureus. i. Et quoniam multi ex eis qui accipiunt eam donec ipsi leduntur ex odore eius tamen propter illud cogitavi quod melior harum compositionum est illa in qua cadunt ex aloe octoginta aurei et ex croco aurei. v. Et non administratur secundum hunc modum nisi illis qui non tollerant odorem eius et quorum venter cerebri repletur ex eo velociter et permiscetur hanc medicinam et proicimus in ea. iiii. aurei aut. ii. cinamomi et si non

d'aloe

aurei

R

[margin: debilis quod est cinamomum]

[margin: Recipe aloes ... iii ʒ ... et minor potio est ... aur. i.]

[margin: ... non lego]

reinvenimus cinamomum perfectum in ipsam ex cassialignea ponam duplum quod est quia in cassialignea est que est melior. Adeo dico nec est in virtute cinamomi bonum quod comparatur ad cassialigneam bonam sicut. tunc virtus eius est diminuta ab eo valde. Venit nos facimus sicut est actio eius qui non invenit panem mundum et comedit ipsum qui est cum furfure illum. Similiter nos assumimus cassiam ligneam electam quando non invenimus cinamomum et fit bona medicina. Et si precepimus loco asari kerkesele et est cubebe. Et ego quidem iam composui in quibusdam horis et precepi utrasque simul et potio integra ex hac medicina est aur. i. Et media quod est inter illas duas et misceam eam secundum quantitatem eorum et grossitudinem eius et quantitatem consuetudinis. Sermo de virtute huius medicine composite ex aloe.

Scias quod virtus huius medicine que est ex aloe est subtilis calefactiva aperitiva resolutiva cum qua sunt abstersio et apertio et solo proprie quod facta est resolutio materierum malarum et humorum grossorum qui inveniuntur in membris. De iuvamentis hyere facte ex aloe.

Et quoniam accidit ex aloe nocumentum stomacho humecto qui habet maliciam complexionis sicut contingit sit cum iuvamento et omnino est nocumentum eius cum advenit in uno membrorum suorum malicia complexionis simplicis qualitatis in commixtionibus suis quod est quia ex complexionibus malis indigemus medicinis que solvunt humores et educunt eos non est nisi illa que cum eis est cum aliquo humorum quoniam non curantur aliquis hominum complexiones males quibus non sunt humores cum yera facta est aloe tunc res pervenit cum ea ad aretcionem et quoniam res ita tunc yera facta cum aloe non competit nisi in locis in quibus est humor nocivus et propter illud fit preceptio eius in ea proprie quod iuvamentum huius yere facte cum aloe non est nisi ad humiditates malas que lubricantur in rugis stomachi quoniam ipsa mundat procul dubio humiditatem ex eo cum est hec egritudo et fortasse accidit et nausea vehemens aut debilis evacuatio huius humoris non est enim propter aloen solum sed ex medicinis que sunt in hac compositione quoniam virtus eius in evacuatione est debilis nimium quantitas virtutis eius est ut evacuat illud quod occurrit ex rebus quas invenit in stomacho et si adducitur in quantitate eius quod datur ex eo pervenit quod est virtus eius. Attamen non est aloes medicina evacuans reliquorum. Et ex medicinis quidem que cum eo commiscentur mastix non commiscetur nisi ut confortet stomachum et ut sedet pruritum aloes cum delectatione sui odoris et cinamomum perficit illa ut subtiliet partes bonitate sui humoris et aperiat meatus stomachi et abstergat et subtiliet humores si est in eis viscositas aliqua aut grossitudo quia est quia aloes non potest attrahere humiditates viscosas propter debilitatem virtutis que est in eo ad evacuationem propter hoc ergo fit bona medicina ei in cuius stomacho sunt egritudines ex colera donec fortasse sanat in die uno homines multos ex eis quorum leduntur stomachi. Et confert ad istas causas et ad reliquas causas et ad reliquas egritudines ex malicia humoris cum permiscetur cinamomum in hac medicina. Nam quoniam in eo est virtus alterativa malarum qualitatum et reducit eas ad naturam et cave digerit et confortat membra et digestio eius est cum equalitate in calididate et confortat cum stipticitate que est cum eo.

Et asarum est ex medicinis que deponunt humores malos cum urina. Et reliquis autem medicinis est quod ut confortent stomachum et ex eis que commiscetur cum ea quoniam est abstersiva subtilis. Et omnes quod huiusmodi egritudines accidentes in stomacho et ventre propter humores malos iuvantur cum medicinis factis cum aloe. Res autem stiptice cibi sint aut potus aut medicine nocent eis nocumento magno quando in membro leso est humiditas multa et est in eo res similis mollitiei et illud non leditur nisi quantitate sua tantum propterea quod illud fit malicia in humoribus et humiditas iam posuit os stomachi. quia fit res insula humecta tunc assumptio ciborum et potuum et medicinarum stipticarum est ex magis iuvativis rebus quod est quia membrum infirmum illa hora est mollificatum sicut iuncture mollificate quas non rectificat et redure faciunt nisi medicine stiptice in yera autem amara sicut cadit cinamomum

[margin: et miscet cum ipsa]

[margin: ... supius]

Similiter cadunt in ea reliquae medicine quedam enim earum preminentes sunt ex mirra qua est subtilis abstergit et omnis sunt debilioris virtutis quam cinamomum in tantum vincit operatio earum et operatio eius sunt unius generis. virtus huius medicine qua operatur est virtus subtilis et mundificat et abstergit et aperit ipsa ergo propter illud abstergit vitrius et humores qui inveniuntur in tunica et accidunt in eis ex hoc ergo modo fit quod ipsa confert ad istas egritudines quas diximus quoniam resolvit secundum quod dixi illud quod est in istis membris infirmitatis ex veneno et humoribus malis propter hoc confortat illud quod dixi contra egritudinibus stomachi in quibus agit yera amara ut solvat solutione equali quoniam hec medicina solvit semel sed exhibeatur in primis paulatim. Et quando res est in hac medicina hoc quod narravimus tunc yera amara est melior et magis ultima ipsa in huiusmodi egritudinibus.

Colores yere amare que dicitur picra hec descriptio usitata valet ad humiditates in capite et dolores iuncturarum et colicam et tortionem et gravitatem in inguine et mollificationem membrorum. Recipe masticis cinamomi spice carpobalsami asari et xylobalsami cassie lignee de unoquoque ana drachmam i. et aloes boni duplum medicinarum teruntur et cribellentur cum melle conficiantur potio ex ea integra pondus drachme ii. cum melle et aqua calida summa est x. Yera rufini facta cum coloquintida conferens ad fistulam et adustionem in cerebro quoniam evacuat humores grossos ex capite et confert ad soda et epilempsiam et paralisim et tortuream et permixtionem consilii et destructionem mentis et confortat stomachum sine digestionem et resolvit ventositates et solvit cum equalitate. Recipe coloquintide interioris xx. aur. camedreos et agarici omnium ana drachme x. Et in descriptione alia loco sermontani sunt drachme x. aur. xi. serapini opopanaci omnium ana drachme viii. Et in descriptione alia loco drachme v. aur. petrosilini aristologie rotunde et piperis albi omnium ana aur. v. Et in descriptione alia loco drachme v. aur. petrosilini aristologie rotunde et piperis albi omnium aur. v. Et in descriptione alia loco drachme v. cinamomi et spice mirre polii drachme iiii. omnium ana drachme iiii. teruntur et cribellentur et conficiantur cum melle despumato. Et detur ex ea cassia lig.

primum eius aur. iii. summa est xiii. Et palus algentie addebat in ea cassia lig. aur. viii. sticados aur. iii. Yeralogodion descriptio cognita usitata mundificat corpus ab humoribus diversis propter quod debilitatur et sanat ab infirmitatibus antiquis que sunt in capite sicut sunt emigranea et dolor cranei mania et taciturnitas et gravitas ronis et vertigo et surditas et epilepsia et asma antiquus et dolor renum et vesice et fractie et sciatica et dolor iuncturarum et podagra et tremor et mollificatio membrorum et lepra et varius et scabies et pruritus et furfures et scrofulas et cancri et rectificant complexionem corruptam et confert ad dolorem aurium et sanat dolorem oculi et provocat sanguinem menstruum et sanat a se antiquis allopicia et ycteria et ulceribus antiquis que sunt in capite et ulcera sanat ex reliquis egritudinibus que generantur ex colera et flate cum eius permixtio. Recipe coloquintide interioris drachme v. cepe scille assate agarici et sarmonee elli nigri et amoniaci et scordion omnium ana drachme iiii. et s. epithimi camedreos et mundi illirici et aloes omnium ana drachme iiii. hasse ypicon folii prasii cassie lignee et polii et piperum trium et croci et cinamomi et oppopanaci et polipodii et serapini et castorei omnium ana drachme ii. mirre petrosilini aristologie longe et suci absinthii et euforbii spice et amomi omnium ana drachme ii. genciane sticados omnium ana drachme i. et s. misceantur quantum necesse est. potio integra aur. iiii. cum aqua calida et cum decoctione epithimi et passularum mundatarum. summa est xxxvi. Yeralogodion hec descriptio filagrii. Recipe coloquintide interioris agarici et amoniaci et sarmonee et cortice ellebori nigri. In descriptione alia albi ypicon omnium ana aur. x. epithimi polipodii aloes camedreos prassii cassie lignee omnium ana aur. viii. piperum trium cinamomi et mirre oppopanaci et serapini castorei petrosilini aristologie longe omnium ana aur. iiii. teruntur et cribellentur et conficiantur cum melle despumato detur potio aur. iiii. a tribus ana aur. v. uniuscuiusque hec misceantur vitrius sive cum aqua mell. et sale summa est xxiiii.

confortat stomachum ex

in usu ...

piperis

et est bdellium

Yeralogodion descr. pauli alagenia.
℞ coloquintide interioris aur. xx. squille
assate agarici et amoniaci cortic. elli iii.
et scamonee et ypicon omnium ana aur. x.
polipodii epithimi bdellii aloes camedr
eos et prassii cassie l. omnium ana aur. viii. et
mirre et opopanaci et serapini et petro
silini et macropiperis et leucopiperis
cinamomi et castorei aristologie longe
omnium ana aur. iiii. mell. quantum necesse est summa
ma est xxv. Yera archigenis sed quia est
agregativa conferens ad egritudines anti
quas ex colera nigra omnes et ad scotomi
am quod non digitur et ad [illegible] et ad vertigi
nem et inceptionem aque in oculo et incubedi
nem noctis et squinancias et alcuzuz et ad
coliam et ydropisim et ad omnia que
fiunt in corpore ex humoribus grossis vis
cosis et impetiginem et furfures excor
ticantes et pruritum et morsum canis rabiosi
donec non timeat morsus ab aqua scilicet quod
misceantur ad morsum cum omni potione
ex ea cancrorum fluvialium combustorum
pondus ʒ. i. Et ad illos quibus iam acci
dit timor ex aqua misceantur cum ea sucu
coloquintide aur. iiii. cum permixtione
aque in qua decocta est res prima ex ag
no casto et est alsaguasora in descripti
one alia ex agno casto et ex alsaguasora
et ad dolorem stomachi et intericis cum aqua in qua
decocta est urtica et permisceatur cum ea
castorei aur. iii. et ad dolorem penitum
dorsi duarum cum aqua in qua decocta est
centaurea minor cum permixtio.
℞ coloquintide interioris ʒ. xii. prassii sti
cados elli iii. camedreos scamonii macro
piperis leucopiperis omnium ana ʒ. ii. cepe squil
le assate euforbii et aloes ana coloquin
tide. Et in descriptione alia ypicon loco
euforbii et loco coloquintide genciane
romane petrosil. amoniaci et opopa
naci omnium ana ʒ. i. polii et cinamomi et
serapini et mirre et spice sinati calamenti
montani aristol. rotunde omnium ana ʒ.
ii. mell. quantum necesse est potio sit aur. iiii.
cum decoctione epithimi et passularum
mundatarum summa medicine est xxiiii.
Yera archigenis descriptione pauli.
℞ prassii agarici et camedreos et coloquint.
interioris sticados omnium ana aur. xx. opopa
naci serapini petrosilini aristol. rotunde
et piperis albi omnium ana aur. v. cinamomi
spice aromatice polii et cetera omnium ana aur.
iiii. contere medicinas siccas et attere gu
mas et infundantur cum melle et misceantur
et detur potio aur. iiii. cum sal. potione ʒ. i. cum
aqua mell. summa est xiiii. Yera gal. de
scriptione sua quia est agregativa conferens ad tor
turam et spasmum et mollificationem et mundifi
cat corpus ab humoribus diversis preter quod ac
cidere faciat vehementiam vel debilitatem.
Et est conveniens ei qui inungit assidue
sine voluntate cum permixtio. ℞ coloqu
tide interioris et agarici et cepe squille assa
te et amoniaci scamonee elli iii. ypicon
euforbii omnium ana ʒ. xvi. polipodii et epithi
mi bdellii et camedreos et prassii et cassie l.
omnium ana ʒ. viii. mirre serapini aristol. lon.
et piperum trium et cinamomi et opopanaci cas
torei petrosilini omnium ana ʒ. iiii. Et in ho
minibus qui sunt qui percipiunt et aloes
ambarum ana ʒ. iiii. terantur et cribellentur
et conficiantur cum melle potio aur. iiii. cum de
coctione epithimi summa est xxvi. Yera
galieni secundum descriptionem pauli. ℞ camedreos
leucopiperis et macropiperis et agarici et
sticados et elli iii. et scamonee et spice aroma
tice et cepe squille assate et epithimi omnium ana
ʒ. vi. aur. mirre et cetera et amoniaci et ypicon
omnium ana aur. viii. mell. quantum necesse est summa est
xiiii. Yeralogodion secundum descr. aaron.
℞ coloquintide interioris ʒ. iii. camedreos
cere squille assate agarici scamonee elli
iii. sticados et amoniaci et ypicon omnium ana
ʒ. iii. et etiam epithimi polii et bdellii ca
medreos et prassii et aloes cassie ligni et sco
lopendrie et est nassengi omnium ana ʒ. i. et s.
piperum trium et mirre et cinamomi et cetera et
opopanaci et serapini castorei et petrosilini
et aristol. ro. et genciane et euforbio omnium ana
daguanik v. mell. quantum necesse est potio sit
de yeralogodion et amistriaco summa est xxx.
Yera theodoricon cum nuce muscata quia con
fert ad egritudinem capitis antiquam et ad te
nebrositatem in oculis et maniam et sodes et
alguelegriel et vagines lepram et scabiem

7 reliquas egritudines que sunt ex colera
7 ad se. antiquas et dolorem epatis 7 sple
nis 7 renu 7 colicam 7 podigram 7 dolorem
ancharum et ad mundificationem mulierum
a menstruis 7 post fecationem infancis 7 solvit
ventrem 7 evacuat absque angustia et permixtio.
Rx aloes ʒ. lx. agarici ʒ. xxiiii. ce. ʒ. vi. ra
mid ʒ. iii. asari 7 lilii celestis 7 abs silvestris
7 opobalsamum 7 carpob. 7 xylob. omnium ana
ʒ. iiii. costi ʒ. viii. Et in descriptione alia 7 a
cori et masticis 7 gariofili 7 cinamomi om
nium ana ʒ. vi. casiel. 7 nuce muscate omnium
ana ʒ. xii. epithimi ʒ. xviii. spice ʒ. vi.
camedreos ʒ. ii. in alia. viii. mirre ʒ. ii. 7 in de
scriptione alia loco mirre meu piperum trium et
euforbii omnium ana ʒ. iiii. cinamomi squinanti ʒ.
ii. genciane ʒ. iiii. amomi 7 sarmonice omnium
ana ʒ. xviii. mellis despumati quantum necesse est po
tio ʒ. iiii. cum decoctione epithimi. summa. xxvi.

Descriptio theodorici alnissolotoru.

Rx aloes ʒ. xi. agarici ʒ. xxiiii. masticis ʒ. vi.
ce 7 acori spice omnium ana ʒ. vi. ramid opobal.
carpob. euforbii 7 piperum trium 7 genciane
omnium ana ʒ. iiii. camedreos costi omnium ana ʒ.
viii. casiel. epithimi omnium ana ʒ. xii. meu
7 cinamomi squinanti 7 amomi omnium ana
ʒ. ii. sarmonice ʒ. xx. mellis quantum necesse est
ad ministrationem. Et quantitas potionis
eius sit sicut quantitas potionis eius que est
ante ipsam. summa est xiiii. Dico qualiter
oz ut in potu demus yeram magnam.

Oportet ut misceantur cum potione una ex
yeris magnis pondus ʒ. i. sal masse et
detur in potu cum aqua in qua decoctum est
pondus ʒ. iiii. epithimi 7 passulae mundatae a suis
interioribus ʒ. x. 7 mirab. indi date a nucleis
suis ʒ. vii. sticados ʒ. iii. quod est quod ista decoquan
tur cum tribus lib. aque donec remaneat ex
ea medietas libre. 7 colatur 7 proiciat
in ea yeram 7 sal 7 datur in potu 7 ante ebatio
nem accipiat ex aqua ea quantitatem ʒ. ii. 7 post ho
ram det semis altee pond. ʒ. i. 7 se malue
pond. ʒ. s. cum aqua tepida et repua ex
oleo de amigdal. dul. 7 detur zibiu sequentibus
diebus et detur in potu aqua sicut iiii vel quinque.

Scias quod Ca. x. de medicinis solutivis qualiter
medicina solutiva ante pervenit ad solutio
nem tunc attrahit cum virtute attractiva

que est in ea humorem proprium sibi quod
est quia non pervenit ipsa ad eum nisi lapis mag
netis attrahit ad ferrum immo ferrum ad
magnetem. Et si medicina esset illud quod pervenit
ad humorem remanerent ambo simul in
membro post quod evacuarent. At illa medicina re
manet in stomacho 7 attrahit humorem proprium
sibi in primis remanencia autem eius est
quoniam non est ad attrahat ipsam nisi attrahit quod est
quoniam non illic nisi rubeum proprium in ei. Et quia aggrega
tur isti humores in stomacho 7 non ledit virtus
expulsiva in stomacho ex qualitatibus eorum igitur
natur ex multitudine ipsorum tunc vadit
ad expellendum eos ergo evacuat primo hu
morem proprium ei illud quod est subtilior
humorum 7 evacuatur cum facilitate. Et propter
istud illi qui currit cum difficultate propter gl
stitudinem suam 7 in fine eius sanguis
quoniam est proprius cum prohibitione plus quam re
liqui humores. Et quia quando medicina que eva
cuat coleram tunc primum quod evacuat
est colera ei. 7 post in flegma 7 post illud colera nig
ra 7 postremo eius sanguis quod si detur me
dicina que evacuat flegma evacuet in primis
flegma 7 post colera ei. 7 post illam co. in. 7 in fine
eius sanguis. Si autem datur medicina que evacuat
co. ni. evacuat in primis co. ni. 7 postea co.
ci. 7 post illam flegma 7 in fine est sanguis. Et exit
ex vasis sicut currit ex corpore non crescere
Cum hoc debilitantur virtutes in eo vehemen
ter pervenit ad laborem aliud. Erup
tio autem accidit propter vehementiam medicine
Et propter illud in accidit mordicatio. Debi
litas autem vasorum est propter vehementiam 7 laborem
qui consequitur ea ex labore 7 medicine. Fugat
ea in evacuatione eius propter maliciam complexionis
ad quod pervenit quod est quia si evacuatur ali
quis humor vel sit fortior malicia complexionis
in evacuatione eius nocivo. expulsio eius

Indiget sermo quem dixi in ordine evacua
tionis ut verificetur secundum tres modos
primus quorum est quia non est necessitas
pervocans ad evacuationem quatuor hu
morum absque equalitate quod est quia non est
possibile quando evacuat ex eis unum autem duo
ut pereat animal. Et condicio secunda est
quia non est necessitas ut sit medicina solu
tiva inanitiva in solutione unius humoris

Q᷑ est q̄ hic sunt me͞ne soluentes duos
humores. Et condicio tertia est q̄ hic
ordo non conuenit procul dubio in om̄i
hora q̄ est humor colere citrine qui
est retentus in stō͞ ut in intestinis et
humor uiscus coartatus in uasis lon
ginquus a stō͞ et datur isti tunc medici
na euacuans coleram nigram tunc id q̄
euacuatur in primis est colera citrina
secundum seriem accidentis q̄ est q̄ stōs et
intestina quando leduntur per qualitates me͞ne
extraneas excitatur uirtus expulsiua in
eis et expellit coleram ei coartatam illic
antequam attrahatur com. per hanc mediam
necessitas ergo certificandi hunc sermo
nem cum istis tribus condicionibus contin
gens. iste sermo certificatur si uir
moritur usque quo euacuant humo
res ui. Et non est humor qui non appa
ret mediante solutiue propinquius ei
minus illo qui est proprius ei. Et me͞na
est simplex in spē͞ et actione et sermone uno
in sup solutionem per medicinam que mundi
ficat non est res sed q̄ coartatur quedam
q̄ me͞na solutiua quando peruenit ad stōm at
trahit humores ab extremitatibus corpo
ris ad stōm attrahit humores ab extre
mitatibus eo. Et post uero ad ostendendum q̄
res non est ita cum peruenerint ad stōm
tunc fit solutio et primum illius est q̄
attrahitur si peruenit ad uibeum q̄ attra
hit ipsam donec attingant se ad inuicem
tunc similiter est secundum illud q̄ uerum facit
sermo q̄ remanent in loco uno et mo
rantur ambo simul. Et secunda ratio quia res non
est ita propter illud proprie q̄ possibile est ut effun
datur intus q̄ attinbitur ad intestina
et euacuetur inde. Unde tunc leuius et
rectius et melius est ut euacuetur inde
quam ascendat ad stōm nimium tunc immo
est ei ut ledat ipsum et anguster eum
malicia dispositionis nocentis que est in
ipso post illud quod est stōs de multitudine
sensus si est humor exco. ei. a exco. in
ant est humor crudus colere enim citrine
in stō quando aduenit ei q̄ facit ipsum ac
quirere ex angustia et tristicia et uer
tigine et inquietudine et soda etiam

sed dominus fortasse est ex ea epilepsia et co. nig.
q̄ est plus malignorum accidencium domini fit eo. ei.
per comparationem suam ad eam salua medicina
pauca nocumenta et humoribus crudis quando perue
nerint in stō generacione inflationis et uentositatum
et stōi tensionis et capitis infrigidati
omnis utriusque quod non est occultum. Si autem
possibile est ut descendant humores con
tristantes ab intestinis et euacuentur et
expellantur per uirtutem expulsiuam que est
eis tunc naturalis que est in ascensione eorum
ad stōm quando non est q̄ cogit eos ad istud
et declaratur q̄ non hic est q̄ cogat eos
ad ascendendum et hac pre et illud est quia
inuenitur in stō uirtus expellens res contris
tantes est similiter non fit in stō immo melior ea
q̄ est in testina expellit superfluitates que perueni
unt ad ea cum duobus panniculis et stōs superflui
tatem que generatur in eo cum panniculo suo ex
trinseco. Verumtamen intestina consueta sunt
receptioni superfluitatum contristancium extrane
arum quas necesse est expellere sicut superfluitates
colice et que sunt eis similes. Iste sunt que quanto
plus remanent in eis acquirunt maliciam
additam et stōs non recipit nisi cibos
et potus delectabiles proprios isti sunt qui
quanto plus remanent in eo acquirunt
additionem et inuanitatem. Iam ergo apparet
quia non est nisi locus opinioni q̄ illud q̄
effunditur ad intestina ex partibus corporis as
cendit ad cerebrum nisi q̄ natura regens
corpus dimittat uiam facilem in qua non est ue
hemencia et incedat contraria eius in uia
longinqua in qua est uehemencia et ipsa est at
trahens cum sapiencia ut faciat totum
q̄ facit in una quaque medicinarum soluti
uarum quando iam data est ei a creatore
glorioso et excelso uirtus quedam propria que
attrahit humorem proprium sibi ex humori
bus qui sunt in corpore hominis cuius ex
emplum est quia datur sanmonee et aloe et
que sunt eis similia uirtus que attrahit coleram
citrinam et posita est uirtus que attrahit co.
nigram serapino et elleboro nigro et polipodio
et que sunt eis similia. Et uirtus que attra
hit flegma et reliquos humores crudos in cen
taurea et pulpa coloquintide et agarico et
que sunt eis similia. Et uirtus que attrahit a

quositatem ex corporibus in quibus est aquosi
tas nisi ex corticibus yspicorum est in mezerion
et tubel heris et que sunt illis similia. Cum non
ex omnibus duarum harum medicinarum sim
plicium aut pluribus duabus componitur aliquid
compositum virtutibus multis que solvunt humores
diversos donec medicina que componitur ex sca
monea et pulpa coloquintide attrahit humo
rem qui est ex flegmate et co. ci. Et quando accipitur medicina
composita ex elleboro ni. et scamonea evacuat humo
rem qui est ex co. ni. et colera ci. Et in quidem invenies
simile huic in reliquis humoribus in his autem hu
medicina composita ad evacuationem quantitas uni-
us medicinarum diversarum est plus aliquis per quan
titatem ponderis medicinarum simplicium ex qui
bus componitur et illi exemplum est quod cum ho
mo vult componere medicinam que solvat coleram ci.
et flegma ex scamonea et pulpa coloquintide tunc
ei necesse si vult evacuare ex co. ci. plus ut ad
dat in quantitatem quam ponitur ex scamonea
Et ei necesse similiter facere contrarium illius. Una
medicinarum solutivarum non est operatio quam
origo duarum medicinarum solutivarum componere
tunc oportet ut sciat cum illo quod medicine fa
cientes vomitum sunt cum eis. Et illud est quia iu
dicium super eas est iudicium unum secundum quod non est
inter utrasque in attractione differentia. Et illud quod
inter ambas est ex differentia est quod medicinarum so
lutivarum motus est quietior motu earum
que faciunt vomitum. Similiter et operatio earum
non. Et ille que faciunt vomitum sunt e con
trario illis et propter hoc non attrahunt medicine so
lutive attractione necessaria sicut faciunt que
faciunt vomitum attractione vehementi
Et medicine quidem solutive mundificant superflu
itates ex corpore propter hoc quod attrahunt eas ad
inferiora eius et inde evacuant eas. Et medicine
que attrahunt vomitum mundificant superflu
itates de toto corpore propter hoc quod ipse attrahunt
eas ad superiora quoniam virtus medicine que est in sto
macho vincit virtutem expulsivam que est in intes
tinis et superat eam propter illud quod est ei de ve
hementia quod est quia medicine facientes
vomitum sunt fortes velocis motus valde
et necessitas earum in humoribus ad quos non
pervenit mundificatio absque motu necessario
aut propter longitudinem loci in quo ipsi sunt
aut propter grossitudinem eorum aut propter viscosi

tatem ipsorum aut propter malitiam est ut superent
eos et extrahant ipsos a corpore. Verumtamen medicine que
faciunt vomitum possibile est ut hi in virtute
attrahant humores ad superiora et extra
hant eos ita. medicinarum autem solutiva
rum quando pervenit una ad stomachum tamen indi
get virtute que attrahat humores in
ferius quod est quia ego non sum indigens in
medicinis que faciunt vomitum ut dicam
humorem quando ipse est in partibus extrahere verumtamen
quousque sit ex corpore et quod sit locus eius propinquus
aut remotus sive longinquus in via per
quam pervenit cibus ad corpus. Quod si est in loco
extrinseco tunc ipse pervenit ad intestina
velociter et quando pervenit ad ista inveniunt eam
sicut rem extraneam et movent ad expel
lendum eam subito ad locum ubi ei est pro
ximum ut expellatur scilicet per inferiora et si est in lo ad
co longinquo spergitur paulatim dubio in ve
nis quando spergitur ex longinquo ad propinquum
paulatim donec pervenit ad intestina. Cum
ergo pervenit ad intestina facit operati
onem similem illius quod attrahitur ex propinquo operacionem.
et dolorem sicut est lesio eius et diversi
ficantur propter hoc quod humor qui attrahitur ex propinquo
est facilioris malitie et brevioris puncti
onis et angustie et extensionis et ille qui
attrahitur ex longinquo facit tortionem
et angustiam ex longinquo et lesionem
plus et vehementius quod est quia secundum quantitatem lon
gitudinis membrorum ex quibus attrahun
tur humores ad intestina et ipsorum propin
quitatem est augmentum et diminutio in
istis accidentibus. Virtus attractiva humorum
ex reliquis humoribus ab istis est unius
et eiusdem modi quod est quia effusio eorum ad intesti
na ex membris longinquis valde tunc ipsa
descendunt inferius et evacuantur inde
Et illud est quia sunt vene in manibus et in pedibus et in
aliis membris. Verumtamen si sunt in manibus
et ipsi non attrahuntur in primis et quarta penetrant
non in venis. iiii. que sunt in duabus manibus
et postea in duabus venis que sunt super spondiles
dorsi desuper et postea in venis que dicuntur hil. quarum
origo est ex latere gibbositatis epatis deinde
penetrant in venis que sunt in epate ipso
et post hoc in venis que nominantur meserai
ce et sunt minute. Et iterum quando transeunt

per orificia venarum aperta ad intestina ingrediuntur eas et perveniunt ad eas et que eis
evacuantur. Si autem in pedibus superfluitatem ip-
si penetrant et currunt in venis que sunt
in pedibus in primis postea post illud in ve-
nis que sunt scilicet spondiles dorsi subtus et post
illud in vena colli et post illud in venis que sunt
in capite et post eas in miseraicas. Et verum
quando egrediuntur in orificia venarum aperta
ad intestina expelluntur ad inferiora et evacu-
antur quod est quia superfluitas que evacuatur
per medicinam solutivam est in epigloto et in canna
pulmonis tunc ipsa quando attrahit medicina
que est in stomacho illud quod est in meri per continua-
tionem que est panniculo id mirisco stomachi cum
epigloto et membris que sunt in ea pervenit
ad stomachum per membrum attrahens ex pectore
et pulmone cum eo quod ipsa attrahit ex e-
pigloto. Cum ergo pervenit hec superfluitas
ad stomachum expellitur ex eo ad inferiora et non
est hec superfluitas multa neque acuta. Demus
quia non est possibile ut multiplicetur super-
fluitas in intestinis anhelitus et hoc totum
sicut multiplicatur in intestinis cibi neque est
acuta quoniam non generatur superfluitate acuta (cor)
neque acquirit dispositionem aliam. Quod est quia
hora qua generantur in eo superfluitates per-
venit animal ad medicum sive sint acute
sive non sint acute. Quando autem superfluitas est in capi-
te tunc possibile est quando attrahit ipsam et accipit
eam stomachus per meri non sic penetratione eius in
uvula et descendit ad stomachum et hoc non fit in
vigiliis nisi post laborem et penam quod est quia propter
lacertos voluntarios positos scilicet caput me-
ri tunc homo hora qua sentit in vigili-
is illud quod descendit ex uvula ad meri
mittit et proicit illud cum sputo. In sompno
non possibile est ut descendat superfluitas in me-
ri ad stomachum preter quod sentiat eam dormiens
verumtamen propter illud quod est superfluitas descendit
ex cerebro [illegible] et proprie nature est tunc est hec h
[illegible] subtilis viscosa non faciens calefactio-
nem angustiam neque nauseam. Verumtamen si non
movetur nisi motione medicine soluti-
ve aut excitatione humoris colerici quoniam mi-
nus sit paucus valde tunc ipsa descen-
dit inferius cum facilitate absque lesione
quod si non est aliquis excitans eam ad des-

cendendum indiget vomitu quod mundificet
[illegible] ex ea. Superfluitates autem que sunt in nasis (stom)
cerebri proprie sunt quando grosse declives ad
grossitudinem sicut reliquie superfluitates
que attrahuntur in corpore toto et earum attractio in
primis quando attrahuntur ex nasis cerebri in alaeduam
et post illud descendunt ad duo vasa posita
scilicet spondiles que sunt supra velamen et post
ea ad spondiles que sunt sub velamine et post
utrasque ad venam que nominatur kili et
et ex ea ad venas que sunt in gibbositate
epatis et ex eis ad venas que dividuntur ex vena
que nominatur porta in latere epatis con-
cavo. Deinde descendunt ad venas que
dividuntur ex istis in loco qui est inter intesti-
na et epar qui nominatur mesaraicon et
Et egrediuntur ex orificiis harum venarum
apertis ad intestina et evacuantur sicut reliquie
superfluitates que evacuantur ex omnibus membris.
Verumtamen attractio harum medicinarum solu-
tivarum est res que meretur quoniam ex genere
suo ut meretur et cognitione eius et hoc
non oportet ut rememoretur eius quod est quia medi-
cina solutiva quando ingreditur corpus tunc
ipsa non attrahit in primis nisi quod sibi proprium
est et post hec tunc si remanet in ea virtus
evacuat illud quod possibile est ut evacu-
at ex humore proprio sibi ipsa enim evacu-
at ex humoribus aliis subtiliores humo-
res et qui ex eis sunt vehementioris obedien-
tie ad evacuationem. Et narro in sermone
meo illud quod evacuat ex humore proprio
quoniam non est possibile ut evacuet aliquem (quando non est)
ex humoribus IIII secundum complementum ex corpore
et remaneat in uno homo et non permanet re-
manens in medicina virtus solutiva tunc
fuerit ipsa hanc actionem semper donec mortifi-
cat cum virtute sua illum qui accepit
eam et hoc est causa propter quam necesse est medicus
ut destruat actionem medicine solutive
quando non fit eius solutio cum equalitate quando
autem accipitur medicina que solvit coleram (colam)
citrinam tunc primum quod solvit est quod possibile est
ipsam attrahere ex humore colerico quod
si remanet virtus eius post evacuationem cole-
re evacuat flegma post coleram quod est quia istud quod est
subtilius in corpore ex humoribus reli-
quis remanentibus. Et si remanet et non

tus in ea post evacuationem eius quod possibile
est ut evacuet ex flate evacuat colam ni-
q si accipiatur medicina que evacuat flam tunc incipit
et solvit flam et post ipsam colam citrinam et
post ipsam co. ni. Si autem accipiatur medi-
cina que solum co. ni. tunc ipsa incipit et solum mihi
a deum p^s i co. ci. et p^s eam fla. et una queque
medicinarum solutivarum et remanet virtus
in ea et post evacuationem horum trium humorum
tunc ipsa evacuat sanguinem non quam iste
humor sit grossior reliquis humoribus et propter
hoc fiat eius solutio difficilis sed quoniam propinquior
nature et est magis necessarius propter hoc ergo est vehe-
mentius retinens et conservans ipsum et non
separatur ab eo preter donec debilitetur ut est in fine.

Quando Ca. xi. de canone compositionis medicinarum solutivarum
volumus compositionem medicinarum variarum et quantitate
ex medicinis simplicibus medicinam compositam potionis
volumus ut incipiamus ex una quaque medicinarum ex eis
simplicium potionem integram et ex tota compositione
accipiamus potionem que completur ex una simplici
si non fuerit nisi due accipiamus ex una quaque me-
dicina potionem et si sunt tres tertiam et si fuerint .iiii.
quartam et in hoc fit per ordinationem hanc quantitatis. Et sicut verum
medicinarum ex quibus componitur mixtio. Et exemplum
est ex eo cum fit medicina composita ex scamonea et
coloquintida et aloe et agarico tunc quantitas po-
tio ex scamonea est ex ʒ. s. et potio ex colo-
quintida .iiii. dagnauis et potio ex aloe
ʒ. ii. et potio ex agarico est ʒ. s. et quatuor
dagnauis et in descriptione alia agarici ʒ. ii.
tunc oportet ut sit potio ex tota hac compositione
ʒ. i. et dagnauis .i. et cussugi .i. Et in descrip-
tione alia potio ʒ. i. et danik .ii. exceptis du-
obus granis. Cap. xii. de medicinis solventibus

Ex medicinis eo. ci. et quantitate potionis ex una
solventibus colam que earum per quantitatem
oportet ut detur sanis qui sunt quam non vocat
fusci macilenti pilosi in tempore iuventutis et
proprie in estate et viris plus quam mulieribus et
illis quorum cibi corrumpuntur sepe et illis quorum
restringuntur nature propter siccitatem stercoris
et illis que vacant et quorum victus est pauca
et utuntur multum cibis calidis siccis. Et ex
infirmis illis qui habent ycteriam et alterationem
coloris ex colore et citrinitati et est apostema quod
fit in cerebro aut mania et est ex genere
epilempsie aut melsire aut ulcera com-
muniam aut formicam aut fe. et tertianam et propter pli-
nium et illis qui habent pleuresim aut dolorem
oculi aut sodam et vinum salis in egritudine
que generatur ex eo. citrina aloes oportet ut de-
tur ex eo aureus .i. cum aqua mellis et quod da-
datur ex eo in vesperis et quod oportet est ut detur in
mane. Et illi qui dant ex eo post cibum errant
et ipse quidem evacuat colam ci. gl. fla. in
non aquositatem quod si detur quantitas prima .s.
ix. erunt iii. dagnauis .s. solvit ventris
etiam mesium tota. Et cum medicine solutive fit
nocive stomacho aloes cum hoc quod non nocet ei confert
ipsi. Aloes propter confert illis quorum stomachus debilis
congregat superfluitates et illis qui sen-
tiunt gravitatem in capite et quibus ad-
venit obtalmia et eis qui sicut mihi
et illis quos consequuntur ymaginationes le-
dens in sompno absque se. Et illis qui sena-
tivit ambulationem horripilationis in corpo-
ribus suis. Et illis qui evacuat infusione
ventositates frigidas aut calidas et
mordicantur intestina eorum aut sena-
tivit in stomachis suis inflationem aut subversio-
nem animarum suarum. Et illis qui propter mul-
titudinem superfluitatum retentarum in eis
non possunt mediari cum differri et m-
dificant stomachum et ventrem et intestina et lo-
ca istis propinqua eorum aut movet totum non
evacuat nisi si detur ex eo quantitas maxi-
ma quibus .s. corpori. ii. aureus aureus. hec senten-
tiam antiquorum. Secundum modernorum vero
sententiam ʒ. ii. aut aureus .i. et curat ipsum
propterea quod commiscent eum mastix et reliquas medicine
stipticitatem facientes et ipse ideo nocet.
Absinthium deponit humorem colericum qui est
in stomacho et solutionem inducat ipsum infusus et
provocat urinam et proprietas eius est ut mun-
dificet superfluitates colericas que sunt in venis
et propter hoc et fla. quam est retentum in stomacho si detur
absinthium non confert aliquid et cum reliquis
speciebus absinthii sunt due qualitates et due
virtutes et hic quod apportatur ex ponto est qua-
litas faciens stipticitatem multam valde
et in reliquis speciebus absinthii remanentibus
est qualitas amaritudinis multa valde
stipticitatem autem quam tu gustas ipsum aut sen-
tis sensu occulto debili aut non sentis stip-
ticitatem penitus propter illud ergo oportet ut eligatur

Aloes

et illi qui evacuant

Absinthium

Absinthium de ponto

absinthium quod asportatur de ponto in long
itudine epatis et stomachi ex inflatione et folia eius
speciei et tunc est subtiliora valde reliquis
speciebus absinthii et in flore huius est odor aro
matizans eundem et odor reliquarum specierum
est fetidus quia propter hoc oportet ut fugiant ab eis
et annuntietur de ponto quia hoc confortat stomachum
et epar et aperit opilationem quamvis cum eo est virtus
amara et abstergit et subtiliat et potio
integra ex eo ut des ipsum cum decoctione
aut infusione ex v ʒ usque ad ʒ viii et
si accipiatur solum contritum tunc in
eo quidem est virtus autem usque ad ii ʒ. Elle

Elleb nig

borus niger solvit coleram citrinam gros
sam valde plus quam solvit scamonea
et datur in egritudinibus recentibus et in
egritudinibus antiquis que indigent
medicina que solvit coleram citrinam
sicut mania et soda et emigranea et macule
que descendunt ad oculos et egritudines
pectoris et ipse est iuvativus in mundifica
tione visceris valde et intestinis et vesice
et egritudinibus antiquis in cana pul
monis et yctericia et illis que senciunt sic
puncturam acuum ex melancolia aut scro
phulis aut bothor aut formice aut ul
ceribus humidis escaras excoriatis et solvit
ex reliquo corpore absque vehemencia et
sine angustia et proprie coleram citrinam. Solvit
enim ex ea multum et fortasse solvit
coleram nigram et solvit cum facilitate donec
datur ex eo ei qui non habet fecem difficilem
et oportet ut detur ex radicibus eius aureus i et
proprie cum aqua mellis secundum sentenciam
antiquorum modernorum. Moderni autem dant
ex eo ʒ s et quod ipsum efficit bonum est pro
miscere ei calamentum et origanum et reli
quas medicinas subtiles calidas conferentes
stomacho et oportet ei qui accipit ipsum ut
precedat et prohibeatur a cibis. Scamonea

Scamonea

solvit co. ci. plus quam ellis et est mala stomacho
plus quam medicine omnes solutive et evacu
at coleram retentam in sanguine. Et oportet
ut caveat eam ille qui habet febrem et qui
est debilis stomachi et potio integra secundum senten
ciam antiquorum est ʒ ix charact et secundum sen
tenciam modernorum est xii danik. Et oportet
ut misceantur cum eo medicine que conferunt
stomacho et illa que faciunt eam descendere a stomacho cito
sicut piper al zinzib. anisum et sal. Et si necessi
tas provocat ad hoc ut detur ex ea illi qui habet
debilitatem stomachi tunc oportet ut misceantur
cum ea medicine facientes stipticitatem sicut
aloes et mastix et rose et rob citoniorum.

pulp coloq

Pulpa coloquintide solvit co. ci. permixtam cum
humiditate viscosa non ex sanguine sicut
ellis nigri et scamonea et vino ex iuncturis et nervis
et venosis. Et oportet ut detur ex pulpa eius secundum senten
ciam antiquorum ix caract et secundum iiii danik
et s et quidam dant ex ea usque ad aureum i.
et secundum sentenciam modernorum aureum s et datur
cum aqua mellis quantitate ʒ ii in qua decocta
sit rutha et oportet ut teratur multum. Si autem sic non
teratur multum generat ulcus in intestino et
ledit venas. Et non nocet intestinis si
permisceatur cum dragaganto oportet ut detur
eam ei in cuius capite est egritudo aut in
miringis et est velamen quod est super cerebrum quod
in velamine quod dicitur algeningema id est tota capitis
sicut illis qui habent vertiginem aut emigranea
aut dolorem capitis aut epilensiam aut apoplex
iam et est affectum aut spasmum mandibule
aut reliqui corporis et ad humiditatem oculi
antiquam et dolorem iuncturarum et ad ex
pansionem anhelitus et asma et tussim anti
quam et ad sciaticam et ad egritudines que sunt
in renibus et vesica. Agaricum solvit sicut

Agaricus

coloquintida verumtamen debilius ea et operatio
eius tardatur et non nocet stomacho et oportet ut detur
ex eo secundum sentenciam antiquorum aureus ii
contriti cum aqua mellis. Et secundum senten
ciam modernorum ʒ ii. Et eligatur ex eo al
bum frangibile in quo non est lignum
nec grossum nec est perforatum corrosum.

Electar

Electuarium et est succus cucumeris asinini
solvit sicut scamonea et oportet ut dentur ex
eo secundum sentenciam antiquorum ii caracteh
cum lacte recente mulso ʒ i et s. Et secundum
sentenciam modernorum danik ii et s aut
ʒ s. Alhecula et est species mezereon et sol

Alhecula

vit sicut scamonea et oportet ut dentur ex eo
s ex lacte eius iiii grana aut v cum te
sameh aut ficubus aut passulis et oportet ut de
glutiantur ut non vesicet os et linguam.
Lacticees sal mendena aut fructus dictus cec
amarus solvit sicut scamonea et oportet ut

detur ex eo secundum sententiam modernorum v.
grana et secundum sententiam antiquorum a. vii.
granis usque ad xv. grana quod si stomachus est fortis
detur sana sed si est debilis detur contrita.
Radix lilii celestis solvit sicut agaricum
proprie ex nervis ipsa enim evacuat sicut aga-
ricum. Oportet ergo ut detur ex eo secundum
sententiam modernorum et antiquorum ʒ. ii.
Centaurea quando est recens viscosam mus-
cillaginosam colam citrinam solvit et
confert proprie eis qui habent sciaticam et bibitur
decoctio eius. Et oportet ut detur ex eo aurei. ii.
quando decoquuntur cum eo tres quarte libre vini aque
donec consumatur medietas. Almezerion
solvit sicut ellis et oportet ut detur ex decoctione eius
quando decoquitur aurei. i. cum tribus ℥. aque mellis et
absinthii duplo et quidam faciunt ex eo
pillas et miscent ex eo aurei. v. et ex absinthii
aurei. i. et v. Polipodium solvit sicut colo-
quintida scilicet humorem viscosum muscilla-
ginosum in stomacho et iuncturis et facit nau-
seam et oportet ut teratur ex radice eius quanti-
tas aurei. ii. et bibatur cum aqua mellis aut
cum aqua ordei. Aristologia huius rotunda
scilicet longa quando bibitur ex ea aurei. i. cum aqua
mellis solvit sicut coloquintida et est confert
visceribus. Mirobolani citrini solvunt co-
leram et potio integra ex eis est ut bibatur
ex aqua infusionis eorum aut aqua decoctionis
eorum ex ʒ. vi. usque ad ʒ. xx. quod si accipiantur con-
triti tunc ex ʒ. iii. usque ad v. ʒ. qui liniuntur
cum oleo de amigdalis dulcibus et miscentur cum
zuccaro et confert hominibus complexionis calidas.
Mirabolani indi solvunt colam adustam et
stringunt stomachum et ani (?) et forte faciunt et potio
ex eis est si accipiuntur infusi aut elixati est
ex vii. ʒ. usque ad v. ʒ. Et in descriptione alia
ex ix. ʒ. usque ad ʒ. x. Si autem accipiuntur contri-
ti tunc ex ii. ʒ. usque ad v. ʒ. Mirabolani
kebuli solvunt colam nigram cum virtute et
stomachum et ventrem valde confortant et conferunt
et emorroidibus potio ex eis est sicut mirabolanorum
indorum. Aqua granati dulcis et acetosi quando
accipiuntur et teruntur cum pulpis suis et bi-
bitur ex succo eorum quantitas libre. v. cum
xx. ʒ. zuccari solvit co. citrinam et confortat stomachum.
Aqua anabac dulcis solvit colam citrinam
agregatam in stomacho et intestinis et refrenat

et calorem et potio ex ea est quod est inter tertiam
libre usque ad libram v. cum zuccaro. Cassiafis-
tula solvit colam et sedat acuitatem san-
guinis et resolvit apostemata acuta et le-
nit pectus et potio ex ea est ex tribus usque
ad x. et ex xxx. ʒ. usque ad x. et resolvitur cum
aqua calida et bibitur. Assarum tamen
lenit ventrem lenitate bona debili. Et potio
ex ea est a. vii. ʒ. usque ad xx. ʒ. Et oportet ut
eligatur ex ea alba recens. Viole
sicce solvunt colam citrinam et sedant so-
dam et squinancias. Et potio ex eis est ex
tribus ʒ. usque ad vii. ʒ. terantur et mis-
ceantur cum equali mensura zuccari et bibantur
cum aqua calida. Aqua nobilibus (?) sol-
vit colam citrinam et potio ex ea est me-
dietas libre colata et non bulliat cum
pondere ʒ. xx. de zuccaro. Ca. xiii. de
medicinis que solvunt co. ni.

Ex medicinis
que solvunt colam nigram. Oportet ut detur
hiis quorum color ad nigredinem ten-
dit et sunt macilenti quorum corpora sunt
sicca et sunt villosi et sanguis quorum est
diminutus et eorum vene ample et eorum
etates primorum senium et illis quorum non
est illa ira et acuitas et edunt homines
et sunt eorum pectora stricta et illis qui
evadunt vel convalescunt ex egritudi-
nibus antiquis et sunt indigentes solutione
ex egritudine et illis quorum egritudines
sunt melancolice sicut lepra et cancer et
relique egritudines similes. Epithimum
est fortius ex medicinis solventibus
melancoliam omnibus et oportet ut detur quan-
titas multa nam si non fit illud non solvit.
Et nos quidem iam multociens dedimus ex
eo plus quam ad v. aureos secundum sententiam antiquorum
Secundum sententiam vero modernorum aurei. ii. et
datur cum lacte recenti mulso et aqua mellis.
Et in descriptione alia loco aque mellis aqua
lactis et confert et decoctio eius est ello-
ni. Calamentum campestre solvit co. ni.
et oportet ut detur ex eo aurei. iii. cum aqua
mellis. Ciminehalhasse et origani et
ipse et solvunt colam nigram verumtamen
debiliter. Quapropter oportet ut misceatur cum eis
sal et in hominibus et sunt qui dant ut
cum aceto. Lapis lazuli solvit

coleram nigram. et oportet ut det' ex eo aureus unus. postquam ablu-tur et datur non ablutus facit uomitum

Ca. xiiii de me. solventibus fla ex medicis

